

Firenze



CONRADUS
CELTES
ARS.
INCUNABULI
5
5
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze











Cl. VII

Celtis Conrado

Ars versificandi

sine nota . . . .

Ars versificandi et carminum conradi celtis protucii poete laureati



Carmina necte modis vehemens dum torreat estas
Estuat et cancer carmina necte modis
Carmina: crede mihi: facient te ad sidera notum
Et tua quam queris fama perhennis erit
Carmina necte modis aderit tibi flauus appollo
Pyeridumq; cohors: castalidesq; dee
Hee tibi prestabunt plectrum cytaramq; canoram
Et dabit eloquium phebus in arte sacrum
Carmina necte modis: sunt mores carmine scripti
Et que secreta philozophia docet:
Adde ꝙ archana scribuntur carmine fata
Queq; eea audet callida in arte maga
Ne tamen ignores aderunt tibi in arte libelli
Calcographus pressit: me duce doctus eris



Conradus celtis protucius Friderico Illustrissimo Saxonie duci . S . P . D . Accepi illustrissime pṙiceps ex phisico tuo homine doctissimo Martino Mellerstat te summe melli fluis poetaꝝ carminibꝰ oblectari : atqꝫ ita natura ipsa bona id studij genus amplecti : vt inter alia humanitatis studia nullū tibi videaꝰ iucūdius : rem facis ꝓbe viro duce dignā : neqꝫ a romanis pṙincipibꝰ neglectā : qui ita armis musas coniunxerāt vt sub luce armis nocte musis certarent Suauissimū equidem istud est ociū quo semper a grauissimis curis animus absoluiꝰ et libera in diuinos affectus mens a corpe rapitur : qꝺobrē cogitabaꝫ dux inclite vt si quid in me opimū esset hoc ad te ꝑ amore tuo in doctos viros oblatū iri facerem : itaqꝫ artem carminū quā tui nois auspicio in studio Lipsensi . graui cancri estuante sidere lusimus Iam tuo nomini clarissimo dedicamꝰ Tu ꝑ diuino illo tuo ingenio si quid in ea dignū est amplectere : indignū vngue castigante suspende : Uale

Ad lectorem

Non mihi perlacios concessum est isse colonos
  Euboias rupes nec superasse datum
Musa tamen tenui calamo dat pangere carmen
  Et phebus varias prestat in arte liras
Quas qui nosse voles trutina et pensare modesta
  Non me Rudolfum pange sed Agricolam
Qui secum placidas abduxit vertice musas
  Aonio : meqꝫ his Hedeleberge fouens
Quiqꝫ mihi tribuit aliena ydeomata : grecos
  Noscere et hebreos : doctus vtrosqꝫ legens
Cui lacere indigna ruperunt fila sorores
  Rudolfum Agricolam fac deus arce beet



poema quod pro tempore caniculari ad Fridericum inclitum Saxonie ducem in artē carminū lusimus .

Stifer ethereo rutilat modo cancer olimpo
Et canis estiuo corpora sole grauat
Torrida fuluificis pandit leo rictibus ora
Feruet et igniuomas quassat in orbe iubas
Horridus hinc grauidis flauescit campus aristis
  Falciferamqꝫ deam messor in arua vocat
Collige in fasces auidus segmenta colonus
  Itqꝫ reditqꝫ vias vt sibi poscat opes

Muse quid facimus estiui solis in umbra
Quo nos ferre iocos ludere quo ve decet
Nonne sub umbrosis placidum est requiescere siluis
Et premere in gelidis gramina lenta iugis
Hic vbi sit tremulus lapidoso murmure riuus
Qui placidos somnos carmina grata mouet
Suscitat ingenium latebrosi vbi cespitis arbos
Frigida cum densis funditur umbra comis
Musarum cantus graciles ibi pangere et odas
Blanda repercussa vox vbi valle sonat
Talia dum repeto modulandaqz carmina duco
Et studeo senis iungere quinqz pedes
Protinus humanum visus superare decorem
Phebus et ante oculos constitit ipse deus
Naiades et driades habuit faunosqz sequaces
Mirificans placidos valle sonante tonos
Intremui torsiqz genas et mente relicta
Surrexere come menbra stupore cadunt
Dixit et incusso sonuerunt carmina plectro
Uerba mihi placidis intulit illa liris
Quid legisse iuuat sacrorum carmina vatum
Et musis auidas implicuisse manus
Quid ve iuuat dulces totidem audisse poetas
Et docilem auditos voluere sepe libros
Si non mellitos dabitur cognoscere versus
Ut legere aut recte pangere metra queas
Rumpe moras tersis qui condere carmina verbis
Et studuisse cupis me duce doctus eris
Aduola apollineas cupias qui scandere ad arces
Musarum cantus me duce nosse potes
Carmina pieridum nulli celebrata priorum
Nota dabo atqz breues quas decet isse vias
Edoceam lepidos quo pacto fingere versus
Metra vel ad formam constituisse decet
Quo pede carmen eat qua lege resoluere versum
Quemqz decet plures noscere do species
Carmina quemqz iuuat componere: laudis amore
Captus: et ad musas vel properare nouem
Si quis ineternum cupiens extendere famam
Uersibus eolijs instituendus erit
Orphea cum siluis ducentem flumina et vndas
Carmina commemorant laudeqz digna ferunt
Amphion immotas attraxit carmine rupes

Saxa trahens fidibus fila canora mouens
Quem ceciniſſe iuuat rumpantur vt ilia codro
Carmine meonio me duce tantus erit
Sic ait et trepidos quaciens mihi corporis artus
Aere diffuſo letus in aſtra ſubit
Ceu ſolet in tenues fumus diſpargier auras
Ora per amfractus linquere noſtra vagos
Mox ego per varios flectens mea lumina giros
Attonitus : tenui murmure verba dedi
Ha deus afflata vatum qui pectora pulſas
Cuiqꝫ recuruato pectine muſa ſonat
Quo capiam precepta volens tibi condere carmen
Quo duce vel numeris nectere verba queam
Non mihi ſunt precepta tuis ſeruanda loquelis
Quo valeam numeros fingere in arte comis
Talia dum meditor viſum mihi turbine celum
Et tremulo ſciſſus luxerat igne polus
Haud aliter trepidis volitant cum fulmina terris
Fulgurat et validis motibus aura crepit
Mox pecudes armenta viri genus omne ferarum
Concutitur tutis queritat antra locis
Sed ſua per ſudum reparat cum lumina phebus
Et reduci clarum fulget in orbe iubar
Euolat : et madidas replicat ſua menbra per herbas
Ethere pacato roſcida prata terens :
Sic ego colliſos terſi ſtupefactus ocellos
Turbine depulſo lumina clara videns
Ecce mihi viſus ſubito eſt ante ora libellus
Quem deus ipſe tulit fulmine grata ferens
Letus ego placidum reſero ſub luce libellum
Carmina et hec viſa ſunt mihi fronte libri :
Rumpe moras ſubito mellitam quere poeſim
Ars pateat monitis metrica prima meis
Hunc ego contextum trado tibi in arte libellum
Ut preceptorum iam memor eſſe velis
Publicus vt doctos adeat meus iſte libellus
Te iubeo preſſas finge ſub ere notas :
Inde hec precepta pando inclite ⁊ optime princeps
Et tibi preclaro ſcribo legenda duci
Te gemini aſpiciunt : vitale caducifer aſtrum
Et venus aſſurgunt : hec genitura tua eſt
Per varios cantus gemini modulataqꝫ verba
Et gracilis calamos te friderice trahunt

Adlantis tegee nepos facundus in astro
Ingenij vires blandaqꝫ verba monet
Et citarea tuos aptauit corporis artus
Membra decora fouens mollibus apta iocis
Dux decus es patrie si quid mea carmina possunt
Cantabunt laudes dum mihi vita tuas
Viue vale et longos . felix victurus in annos
Et tandem ehereum det deus ipse polum
Lipsensis sed et ipse vale suauissime lector
Ad quem forte mea scripta venire queant
Finis carminis Sequitur ars

De pedibus et de eorum sillabis
v Nde pedes dicti quibus extant qua vice scripti
Indocte quamuis liceat depromere paucis
Pirricheus
Pirricheum primis breuibus compingite binis Quatuor
Hunc autem dici sic de cognomine pirri Bissillabi
Usus eo quia sit cum sacra patris celebrauit
Spondeus
Spondeus sisti debet contrarius isti
Ipsum nāqꝫ damus longis constare duabus
Spondeus est tractus spondeus et inde vocatus
Jambus
Hinc breuis in fando cum longa presit iambo
Est tamen infandus quoniam detractio iambos
Jambin enim grecum portat maledicere secum
Hoc pede coniuncta quia stat maledictio cuncta
Trocheus
Aduersus sed eum pes est quem scribo trocheum
Qui de producta stat prima post ea curta
Ceu rota giratur quoniam sic iure vocatur
Atqꝫ trocos grecos rota predicat inde trocheus
Tribrachus
Cum breuibus ternis tribracum succedere cernis Octo
Hinc tribracus dictus tribus ex breuibus quia fictus Trissillabi
Nam bracos esse breuis fas est ex discere grecis
Molosus
Huic nimis exosus est per sua membra molosus
Rem tamen hanc monstrat tribus ex longis quia constat
Ille molosorum notat agmen siue luporum
Nam molos in greco lupus est hoc cerne moloso

Anapestus
Binas compesco ternam longans anapesto
Nomen ab inde suum quia forte repercutit vnum
Deniqꝫ conuersus sibi dactilus est anapestus
Dactilus
Dactilus ipsius qua propter adest inimicus
Cui loca prestamus longe curtisqꝫ duabus
Nomen de digito tractum dubio sine scito
Longus cui nodus finis breuibusqꝫ duobus
Amphibracos
Inter longa duas sedet amphibraco quoqꝫ curtas
Constat signari per idipsum nomine tali
Est amphi circum bracos in greco breue dictum
Amphimacros
Viribus aduersis hinc amphimacre videris
Binas cui curta protensas diuidit vna
Hinc etenim amphimacrus vt opinor est vocitatus
Macros longus erit amphi circum sibi querit
Bachius
Nunc de bachio lector tibi quod scio dico
Post curtam geminas huic subdi sanctio longas
Quo pede conflari narrantur carmina bachi
Hinc tibi bachium pro certo credito dictum
Antibachius
Antibachius est aduersarius eius
Huic breuis in fine longe preeunt sibi bine
Propter id ipse sibi dabit isto nomine scribi
Docto grecati quia sit contra probat anti
Exempla pedum predictorum
En quibus est bina dixi vel sillaba trina
Vt fuga pirricheus : constat spondeus vt estas
Atqꝫ parens iambum : designat meta trocheum
Tribracus vt genius : velut eneasqꝫ molosus
Dactilus inde subit hunc menalus ecce notabit
Huic est oppositus helicon signans anapestum
Amphibracumqꝫ carina notat : sic insula nomen
Pluralis numeri petit amphimacre locari
Postea bachius tibi quem designat achates
Antibachius hinc quem natura notabit.
Sedecim tetrasillabi
Tetrasillabicos exinde pedes reor istos
Relegere — Proceleumaticus ex quatuor est breuiatus
Cōtorquētes — Sunt oratores dispondeum retinentes

4

Amaueras	Atqꝫ duos iambos in ſe tenet ipſe diambus
Sanctitatem	Sic diſtrocheum trocheum dic duplicatum
Omnipotēs	Armipotens dictum tibi deſignat coriambum
Reſeruare	Eſtqꝫ soloninus antipeſto ſatis aptus
Reſonantes	Aſt ionicus minor eſt quem deſignat diomedes
Concurrite	Maiorem ionicum iunonius hinc dabit ipſum
Perficere	Tanq̄ legittimus eſt ipſe peon tibi primus
Reſcribere	Unde ſequens conſtat hoc ipſa colonia monſtrat
Retinere	Huic fiet certus tibi tercius vt menedemus
Reficiens	Sat vero quartus per tres primas breuiatus
Recenſentes	Suntqꝫ ſacerdotes epitritum certificantes
Perlegentes	Preuia ſed reliquum breuis altera dat tibi notum
Eternitas	Tercius aſſit ita ſi tercia ſit tibi curta
Conturbauit	Ut veſcenninus finem cu tat tibi quartus

De ſpeciebns carminū ⁊ locis pedum

Hoc retine cura ꝙ in heroica poſitura
Tres variare pedes metro ſolummodo debes
Qui ſunt ſpondeus et dactilus atqꝫ trocheus
Sed ſine fine nego ſedem preſtare trocheo

Hexametrum herovcum

Spō	1	2	3	4		6
Dac	1	2	3	4	5	
Troc						6

De cautelis huius carminis infra

Elegiacum pentametrum

Scire velis elegum quid ſignet nomine metrum
Ecce pedes pone quos vis in parte priore
Dactilicum funda geminum in parte ſecunda
Et licet acceptum tamen eſt hoc acatalectum

Dac	1	2			
Spon	1	2			
Jam			3		
Ana			3	4	5
Tri					5

Nota ſynſigiam pentimemoris vt infra

Hec duo ſi noris miror cur plurima queris
Que ſunt centenis quaſi ferri ſtricta cathenis
Uerum ſi gliſcis ſi diſcere plura cupiſtis
Hanc partem pandam quocūqꝫ modo tibi pangam
Metrum gliconicum quod fertur nomine ſcriptum

Constat spondeo choriambo pirricꝫ cheo

Gliconicum trimetrum

Spon	1		
Cori		2	
Pir			3

Sic te diua potens Cipri

Asclepiadeo sua defendunt loca metro
Spondeus et bini choriambi pes quoqꝫ pirri

Asclepiadeum tetrametrum

Spon	1			
Cori		2	3	
Pir				4

Mecenas atauis edite regibus

Est quoddam metrum sapho de nomine dictum
Prima trochee sedes post quam spondee sedebis
Dactilus in terno bis da loca calce trocheo

Sappicon endicasillabon

Tro	1			4	5
Spon		2			
Dac			3		

Iam satis terris niuis atqꝫ dire

Huic est subiectum resonans adadonide metrum
Dactilus huic primus reliquus spondeusue trocheus

Adonicum dimetrum

Dac	1	
Spon		2

Lidia dormis

Lege dehinc vera pandam pheregracia metra
Dactile diuisos spondeos reddito binos

Pheregracium trimetron

Dac		2	
Spon	1		3

Grato pirra sub antro

Sunt quoqꝫ preterea quedam phaleutica metra
Te spondee loco primo tunc dactile pono
Ceu rota voluendis tribus vltima trado troceis

Phaleuticum

Spon	1				
Bac		2			
Tro			3	4	5

Cantemus domino deoq; nostro

Semis pes extra dant anacreontica metra
Scire pedum gressus quis: primus hic est anapestus
Poni tunc ambos pariter lex sanxit iambos

Anacreonticum

Ana	1			Ibi se
Iam		2	3	mipes

Habet hoc voluptas omnis

Prescriptis dictum metrum subiungo phaliscum
Dactilus in primis vicibus stabit tibi trinis
Iambo mutandam seu pirricheo dabo plantam

Phaliscum

Bac	1	2	3	
Pir				4

Qui serere ingenium volet agrum

Buccolico metro quartum te dactile pono
Inde trocheus gratus tibi subdetur triplicatus

Buccolicum ebdametrum

Bac	1		3	4			
Spon		2					
Tro					5	6	7

Soluitur acris hyems grata vice veris et fanoni

Archilogo metro spondeo siue trocheo
Trine vel in terno pede dactile preuius esto

Archilogicum primum

Spon	1	2		4
Tro	1	2		
Bac	1	2	3	4

Puro clarum lumine phebum

Archiloquo reliquo duo iambica metra repono
Est trimeter primus versus: sex hunc reperimus
Constantem pedibus pedis imparis est ibi iambus
Sed spondeus paris est tribrachus post pirrus et hinc est

Trimeter archilogicus

Iam	1	2		4		6
Spon			3		5	6
Tro						

Beatus ille qui procul diuicijs

Binis reiectis pedibus reliquum sibi nectis
Ordine quo supra versum: quo carmine multis
Dimetra cantamus vt sic domino placeamus
Ast tribracum recipit ꝙ in isto scire licebit
Procedens thalamo deus vt alacris veniendo

Dimeter archilogicus

Jam	1			4
Spon		2		
Tro	1	2	3	

Amice propugnacula Sic plures ymni

Ponimus hinc metrum quod dicimus esse trocheum
Et vocitatus eo quia currit vbiqꝫ trocheo
Imparibusqꝫ vijs spondeum ponere quibis
Dactile tu finem retines stans semper ibidem
Amphibracumqꝫ pedem capit interdum sibi calcem
Dantur septeni per cuncta pedes sibi pleni

Trochaycum

Spon	1		3		5		
Tro		2		4		6	
Dac							7

Crux fidelis inter omnes arbor vna nobilis

Post hec tetrametra restant achademica metra
Vendicat hec gratus sibi dactilus ecce quadratus
Sed tribus in primis spondeus quandoqꝫ subibis
Sedes amphimacre quandoqꝫ datur tibi plante

Achademicum

Dac	1	2	3	4
Spō	1	2	3	

Luminibusqꝫ prior rediit vigor

Pindarus in metro pede quouis sic anapesto
Utitur vt reliqui subeunt bene legificati

Pindaricum

Spō	1			
Ana		2		
Dac			3	
Tro				4

O stelliferi conditor orbis

Metris parthemis triplex anapestus et hemis
Vel sit spondeus tamen hunc terno prohibemus

6

Parthemicum

Spon	1			
Ana		2	3	
Semipes				4

Felix nimium prior etas

Sunt preter hec metra que bachia sunt tibi dicta
Pes siquidem primus sed in his preit hic coriambus
Bachius finem retinet stans semper ibidem

Bachia

Cori	1	
Bach		2

Lidia dic per omnes

Epitritum atqꝫ alia capiunt sed carmina multa
Et sequitur duplus in carmine sic coriambus
Ultima bachius retinet loca carminis huius

Epitritum

Epi	1			
chori		2	3	
bach				4

Te deos oro sibarin cur properas amādo ¶ Et tantum de carminibus communib⁹. sequit̃ de cōpositione

¶ De compositione materiali carminum.

Officiū poete est figurato atꝫ decoro orōnis ⁊ carmīs ꝯtextu: mores: actus: res gestas: loca: gentes: terrarū situs: flumina: siderꝝ cursus: reꝝ naturas trāslatis signis: menciū animorūqꝫ affectus effingere: electisqꝫ verbis reꝝ simulacra ꝯcinna et legitima quadaꝫ verboꝝ mēsura exprimere. Recte ergo instrumentū poete qđ est metrum diffiniūt: qđ certā dimēsionē pedū: ſm sillabaꝝ et tꝑorū numeꝝ obſuat nihil dimiutitū neqꝫ ociosum ꝯtinēs. vera reꝝ ymagine expssa: Par eñ est numeꝝ sillabaꝝ certa mēsura cōprehēdere nisi ꝑ varias figuras ⁊ ꝓpas verā reꝝ in metro ymaginē expsseris ac belle depinxeris Ut viuacitatem et vigorē quendā vitalē reꝝ: secū afferat oro: et scribendo reuiuiscere res videat̃ Itaqꝫ scribētis in eo sūma laus erit vt quasi nō factā rem: ipe scribendo efficere clarioremqꝫ reddere videat̃: Inde hec duo poete necc̃ia sunt: Tersa atqꝫ polita orōnis modulatio: et demū definita ac appropriata rerum scribendaꝝ effigiacio: debitaqꝫ simulacroꝝ expssio: quoꝝ alteꝝ ex arte: ex imitatione reliquū facile ꝯsequi poterimus. si sedula nobis lectiōe scriptores reuoluant̃: de quib⁹ rebus infra breui et nō inutili trāsgressiōe nobis dicendū erit: Qm̃ vero meteꝝ ex certo numero pedū constat: Peg

et certo numero sillabarum Et sillaba et quodam litterarum numero cō
geritur. Ideo a litteris tanq̄ a semine dictionis nobis exordiendum est.

De litteris lingue latine et earum diuisione.

On longa nobis oratiōe de litteris latinis disserēdū est. sed oīa
breui absolutiōe ꝓsequemur Littere itaq; apud latinos numero
sunt tres et viginti H tamen vt littera eo numero complectitur
Sed et con ⁊ titellus non littere sed integrarum sillabaꝝ note sunt et ab=
breuiature: H tamē apud versificatorē inter litteras nō reputat̄ quia nō
purū sonū vt vocalis habet nec cum ꝯsonante iuncta posicōeʒ facere po
test Est igit̄ aspirationis nota que aspirat vocalem cui addit̄ ⁊ eleuat vt
vberiorem reddat sonū: figura tamen eius non latine littere sed grece est
que ita apud eos dicit̄ Unde et greci lr̄aʒ ita diuidētes dextrā propsili id
est tenui sinistram vero partē ꝓ dasea id est aspirato accentu accipiūt: la
tini sequentes integrā littere grece notam ꝓ aspiraciōe posuerunt Latini
itaq; plures sibi lr̄as grecas asciscētes nr̄is noib⁹ scribūt vt chi et ro in no
mine Xp̄s: lr̄aʒ ita in noīe ih̄ūs: quas min⁹ periti ꝓlatinis legunt

De litterarum diuisionibus.

Itteraꝝ alia vocalis alia ꝯsonās est Uocales quidē quinq; sunt
quarū due i et v vim ꝯsonantis accipiūt vt cū ante vocalem in
principio dictōis ponunt̄. vt Iuno Iupiter Uenus. Quādoq;
i vim duplicis ꝯsonātis habet vt maior peior. v vero qn̄q; vim in dicti
one perdit qn̄ sequitur imediate has lr̄as g q et s. vt lingua aqua suadeo
vbi nullā vim habet. non em̄ vocalis est cū non dipthongon faciat nec
consonans cū non positio respectu vocalis precedētis eueniat. Consona
vero est que non purū sed cum vocali sonū habet. vnde et per se plenam
vocem nō habeat sed iuncta vocalibus. Consonātiū quedā mute: que=
dam semiuocales sunt. Mute sunt que a ꝓprio sono incipiūt ⁊ in sonū vo
calis exeūt: dicte mute quia exiguā et semiplenā vocem habeant. Si em̄
vocalis dematur reliquū murmur erit. Sunt aūt numero nouem scʒ b c
d f g k p q t. Semiuocales sunt que a sono vocalis incipiūt ⁊ in propriū
sonū desinūt. et sunt sex l m n r s x. dicte medie vocales quia nunq̄ vox
eoꝝ quantūcūq; modica sine vocali exprimit̄. et licet sic sonet tamen non
est semiuocalis quia nō ꝯuenit sibi esse finis dictionis que ꝓpetas semiuo
caliū est. Preterea nec ph semiuocalis in greco est cui f in latino correspō
det. Semiuocaliū due sunt liquide scʒ l et r sic dicte quia ipse alicui mu=
te adiuncte vocalem ancipitem faciūt vt tenebre aratrum repleo vt infra
patebit. Consonātes p̄terea tres sunt duplices quia loco duoꝝ consonā=
tium scribuntur vt x vt vlixes ꝓ vlisses axis pro ascis vel pro g s etiā ac=
cipitur hypsilon quod nos y dicim⁹ loco duplicis i ʒ pro duplici s vt ga
ʒa troia et sic numero tres sunt x y et ʒ que vocalem precedentem ratione
positionis longant vt infra patebit.

De sillabis et earum in generali quantitatibus

Poetam seu versificatorem triplices oportʒ pensare sillabas: Primas me

7

dias et vltimas. Medie autem sunt quotquot inter primam et vltimam fuerint. Pro quorum moderatione ante speciales regulas nouem generales premittimus.

Prima regula.

Regula sit prima ꝙ dipthongus tibi longa
Dipthongon bine dant vocales sociate
Vim non perdentes proprium sonum retinentes

Diphthongus vocabulũ grecuꝫ est rectaqꝫ nominis ethymoloia duplici aspiraciõe scribi debet a dis eñ et phthongus quod sonus est deducitur quasi duarum incõsusa vocalium vox. Sunt aũt quatuor apud latinos ae vt aeneas oe vt poema sed diuisa est cõiuncta vt moetus foedus. He aũt due scribi possunt sed nec legi quidẽ ꝯcessum est. Altere vero due au et eu nedũ scribi sed et legi debẽt Ceterꝫ ai greca diphthongus apud latinos aliqñ diuisa in vsu est vt aulai. Vir. Aulai medio ꝛc.

Secunda regula.

Clerice dic longam quãcunqꝫ metro posituram
Longant mut liquida vocalem na breuiatam

Positio semp longa est fitqꝫ dum post vnam vocalium due consonantes sequunẽ aut vna repetita aut vna duplex adiecto ꝙ altera saltem in eadẽ vocalis sillaba locetur vt arma pestis axis maior non aũt hic posicõeꝫ dicas perizoma iacinctus agri tenebre. Debet autem crebrior ad positioneꝫ haberi intuitus qm̃ in omnibus sillabis concurrit vt armiger robustus amabunt. Notandum aũt quãdo in vna dictione post vocalem natura breuem sequitur muta cũ liquida vocalis precedens semper anceps et bitpalis est vt theatꝛ aratrũ Sed si vocalis de se foret longa per nullũ liquide et mute sequelã poterit breuiari vt febris egri mater frater in eorum obliquis. sic composita vt salubris bilibris podagra chiragra amatrix octobris et similia.

Tercia regula.

Precedens aliam vocalem dic breuiatam

Vocalis ante vocalem posita in latinis dictionib⁹ corripiẽ vt ꝯtrouersia Excipitur dius ꝛ fio verbũ qñ manet dissillabũ et genitiui ꝛ datiui quinte declinacõis in quibus e ante i longa est si saltem vocalem i tercia vocalis precesserit vt speciei Nam si consonãs interuenerit breuis est vt spei fidei rei. Omnis quoqꝫ genitiuus exiens in ius anceps est excipitur alterius et alius qui semp corripiẽ ille vero ꝓducẽ Aer eous longa sunt platea et corea ad nutũ locanda sunt in versu Greca frequẽter ꝓducunẽ. Itidem hebraica presertim vbi i vocalem a precesserit

Quarta regula.

E de di pre se longant re bi bis breuiate
Proqꝫ simul longas plura hinc excipere debes

Omnes ille prepositiones in cõpositione sunt longe et alie breues vt eligo deduco preleco seduco rebibo biuium biformis. nisi vocali aut posi-

tione impediantur vt deest reddo respondeo bisextus. di tamē aliqñ bre-
uis est. Oracius. Fecundi calices quem non fecere disertū Ouidi⁹ Hāc
deus et melior litem natura diremit. longa vt diligo dirigo Reicio tamē
et refert pro distat habent re longam. Re tamen qñq3 geminata cōsonan
te ꝑducit̄ vt reppuli rettuli ⁊c̄. Re et ob etiā cum iaceo composite ratio
nabiliter ꝑducunt̄ q̄uis per se composite corripiant̄ cum ibi i vim dupli
cis consonātis habeat biuus ⁊ bimus etiam ꝑductā habent cum eorum
consona sit significantia. Pro itaq3 semꝑ producitur vt proloquor propo
no prodo. preter improteruus procella propheta pronepos profugus ꝓ
fanus profundus propero profiteor profatur profusus ꝓficiscor profecto
procuro in quibus corripitur q̄uis plures a procul ⁊ non a pro compo-
sita estimant.

Quinta regula.

Compositum nosce per simplex quod retrouerte
Composite tanta sit simple sillaba quanta
In deriuatis sua que sit origo notabis

Tāta est vocalis in cōposito quāta erat in simplici Tātaq3 vocalis in de
riuatiuo est quanta fuerit in primitiuo nisi mutatio ꝯsonantis fiat vt dili
go perlego reficio. Nobilis ex moueo positū expono fallit quia ꝯsonās
mutatur. Unde quātitas omniū modoꝝ verbi refertur ad indicatiuum
presens Nam prime secunde et quarte ꝯiugationū vocalis vltima secun
de persone longa est. Ideo parem vniuersa deinde tp̄a in eadem sillaba
quantitatem habent vt amo amas amatis. doceo doces docetis. audio
audis auditis. Ediuerso scd̄a ꝑsona tercie ꝯiugatiōis corripit̄. Ideo ce
tera tp̄a vt legis legitis Unū tamen verbū prime cōiugationis cum suis
tribus compositis. venundo pessundo circūdo a breuem in vniuersis tē
porib⁹ et modis suorū etiā cōpositoꝝ habet. Preteritū tn̄ impfectū tercie
non concordat cū secunda indicatiui persona quin vocalis illic mutatur
Uocalis itaq3 est eadem in primario et secundario si saltem eadem conso
nans in vtroq3 subiciat̄. Excipiunt̄ quo ad noīa humanus leges vires
reges sedes voces iucundus staturus pedor vomer seculū lucerna nequā
regula italia secius limus denus nouus casus monachus humo vitupo
simus feralis fabella et mobilis contra sui primitiui positionē ꝑducūtur
Secundo excipiuntur ducis sapor acerbus dicax aruspex arista vadū sta
bulum stabilis omasus arena lucerna noto nato fides titulus sodalis bu
bulcus varicosus viciū eleg⁹ ouū ⁊ manus contra sui primitiui positōe3
corripiunt̄. Littera et littus duplicant. Opportunus ab ob et port⁹ de-
ducit̄ quia omnibus acomodatus sit. Preterea omne compositū ex dua
bus partibus componibilibus habens i in fine prime partis corripit i vt
armiger omnipotens hiccine Excipe vbiq3 ibidem tibicē que longāt.

Sexta regula.

Preteritum dissil produc geminans breuiabis

Omnia pterita dissillaba sunt lōga vt vidi legi veni. Excipe illa sex bibi

dedi fteti scidi fidi tuli. Et oia geminantia primā et secundā corripiunt nisi positio subest vt peperi pepuli Excepto cecidi a cedo pepedi a pedo. Oracius. Nā diplosa sonat quātū vesica pepedit Ouidi⁹ Silua vetus stabat quā nulla ceciderat etas.

Septima regula.

Longa supina dabis dissil vitum sociabis

Omne supinū dissillabum habet primā longā vt risum visum iutū Excipiuntur decem quitū sitū satū citum litū itū datū statū ratū rutū. Preterea omne verbum mutans simpliciter vi preteriti in tum supini habet penultimā longam vt amatū auditum motum. Excipiūtur agnitum et cognitum cū exceptis supra.

Octaua regula.

Nominis et verbi debent crementa notari

Vocalis a e o excrescētes in plurali numero longe sunt. Excrescētes aūt in singulari non vnq̄ longe sunt vt ciuitates locupletis caloris: nō vnq̄ breues vt palladis ebetis arboris. Vocales vero due i et u in plurali excrescentes breues sunt vt manibus verubus In singulari breues vt supellectilis murmuris Interdum longamus vt litis virtutis. Crementa verbi facili ex accentu deprehendere quibimus.

Nona regula.

Exemplum quantam reddit tibi carmine silbam

Exemplum est spectata poetarum autoritas que plurimū valet ad monstrandā omniū sillabarū quantitatem Prime quidem vt arma vi. Medie vt Hoc iam querat coniūx lauinia campo Vltime: Daphni tuū penos etiā ingemuisse leones Proderit igit plurimū ꝓbatorum poetarum versus tenuisse Nam qr regulis oīa cōplecti haud par laboris hz: superest vt ad exempla curram⁹ q̄ apd poetas sedula lectōe facile deprehendim⁹.

De quantitate propriorum nominum.

Propria in vltimis sillabis subiacent quantitatibus appellatiuoꝝ At in medijs ad spectatū vsus exercitium. In primis sunt cōmunia nisi solita poetarū celebratio coerceret ad vnaz quātitatem sicut Jupiter et Saturnus apud omnes ꝑducuntur Venus corripit. Nam que probata semel autoritate digne ꝯscripta sunt. ea ꝓpo arbitrio innouare vicio datur In his tamen velut in alijs opepreciū est ꝯsiderare posicōez. diphthongon et vocales inuicē se excipientes vt marcus gallus paulus iohānes.

Carmina quisqȝ voles modo condere laudis amore

Quanta sit aut qualis sillaba queqȝ vide

De regulis specialibus. Pro primis sillabis

a e i o u

Mansla Belensteue Flinsdiuirim Bodogosmo Ludrūsgust

Pro medijs

a e i o u

Sau Bedecelmentu Qui Nost Bumugrunticus adde

Vocales produc pre consonantibus illis

Pro vltimis

Aiunc as es os finales dant tibi longas

Mansla De exceptionibus specialibus A b excipe

Fabula labi scabida labes pabula tabes

Stabam nabam fabor flabam straboqꝫ iungam

Corripies stabilis stabulum labor et labo iungis

A c excipe

Pacis Graculus hinc acer facundus machina dacus

Bachus Cum b preit vel p produc breuiasqꝫ paciscor

Tracus Et placet et baculus spacium bracosqꝫ morandum

A d Excipe

Radix et spadix traduco suadeo clades

Trado gradiuus rado vado quoqꝫ gades

A g Excipe

Vagio vagina magalia lagena strages

Fagus F p producunt fragilis plaga deme flagellum

Pagina Fracture sonitus fragor est verbum quoqꝫ fragor

A l Excipe

Deme malum mobile calo vel phala lumqꝫ palamqꝫ

Salis Ac ales atqꝫ palesqꝫ salum mare iungito crescens

Salutis Cui genitiuus erit palus et non calo vel ales

Falernꝰ Que polisillaba sunt breuies balistaqꝫ tolles

Caleo Salebra caligo balena vel alea squales

A M A n

Sunt damus atqꝫ fames amo sic polisillaba clamis

Amitto Amit: lamentor amentum lamina produc

Hinc manus atqꝫ cano canis addis anusqꝫ

Animus Atqꝫ phanes iungo polisillaba ganeo deme

A P

Papilio papa vel vapulo crapula lapa

Apulus et rapa bapirus papaqꝫ mapa

A R

Carica starem glarea flarem nareqꝫ narem

Areo carex varica varex area pares

Carus Produc rus ra rum para sic ara deme parumqꝫ

A S

Asinus Cum quasi siue casaqꝫ balis polisillaba curta

Casius excipitur et basia longa notentur

A T

Mater Atria saturnus laternaqꝫ mobile latus

Frater Vates catholicus maternaqꝫ quatenus ater

Cratis Quatuor et fatum m vel r muta preeunte

9

A V

Clauus — Gnauus nauis pauo suauis auia mauis
Flauus — Mauors cum prauus si presit l addita mute
Belensteue — E ante B excipe
f — Ebris debilitas phebe vel nebrida gleba
Plebis — Tebe cum flebam seu cum duo consona subsunt

E C excipe

Grecia secundus securus secula mechus
Vecors secis preco cecus teca vel echo
Excipias mecum tecum secum sic secius adde

E D

Sedeo — Hic cedo : pes pedis edo pedum polisillaba curtant
Medic⁹ — Sedicio demas et sedulo sediciosus

E G

Regina reges legem vel regula deges
Eger et egiptus eges sic tegula lego
Egloceros egis et pegi iungito fregi

E L

Beme chelin velut inde velimqȝ geluqȝ meloqȝ
Sic celer atqȝ scelus melos et melus abbreuiabis
Melior — Que polisillaba sunt speluncaqȝ belua demes
Elicon — Belibutus et elect. um speleaqȝ grecum
Elisius cum delicijs delubraqȝ iungis

E M

Emulor — Femina semita chemoqȝ nis producis et ista
Eminus — E super m solam producis emo quoqȝ tollam
Semen — Et cum cremento dissillaba nomina produc
Nemo — Sed memor atqȝ nemus pariter femur abbreuiabis

E N

Bñ. gena — Et frenesis penitus penetro penes atqȝ penates
Tener — Atqȝ penu tenebras b g r vel s vqȝ fenestras
Senex — Tema fenor tenera fenum venaqȝ foenus
Venus — Plenus producis sed enim breuiare decebit

E P

Vt placet epacta sed reperit excipiatur
Sepio — Prepucium cepha prepes velut s venit ante
Hinc sepelire trabas equalis demitur inde

E Q   E R

Nequam ne. uaquam simul equus iustus et equor
Verus et hereo cerulus he. os seria meret
Pera — Queras erumna iungas erigo vel era
Spera — Heredem clerus dissillaba p preit aut s
Seropellinas ceronia ceraqȝ ceres

Chere vel erucas feralis ferogꝫ feres

E T E V

Bic metuo meto meta fretumqꝫ retroqꝫ metallum

Vetus Si p preit vel v sed pretor demeqꝫ preter

Peto Thetis ios thetim dabit atqꝫ thetis thetidisqꝫ

Sed leuo siue breuis beuer et leuis atqꝫ seuerus

Flinsdiuirim I B excipe

t Fibula libo fibula quibo tibia scribo

Sibila liburnus vibex ibernus et ibo

Mobile vel liber sic vibra iungis et ibis

I C

Vicinus mica conuicia spicula pica

Vicus vicedula vicenus licia spica

Vatidic⁹ Ficus cum trica sic viciteria sica

Veridic⁹ Semper ico breuiaqꝫ dica x sunt compositiua

Biduum I D

Triduum Tolle fides ideoqꝫ quidem b t vel u presit

Video Sic ideota facit et idoneus ac idolatra

I F I G

Bifores I super f longa nisi compositiua cifusqꝫ

Vult fligo figo viginti frigeo frigo

Pigardus piga triginta migroqꝫ piga

Stigo S t si presit sed non stiga cum strigibusqꝫ

I L

Hinc philomena filix hilaris tiliamqꝫ chilindrum

Tilia Si preit s aut t bilibris et pila ludus

Sileo Milia producas granum milijqꝫ cilixqꝫ

Quod terit est pilus pilus est in fronte capilus

I M

Fimus I super m tardunt dissil polisillaba curtant

Simea deme : simus tima nimis bis vel ymen addas

I N

Sinus Sed tiniam linio lino si t vel s preit aut m

Minor Sunt breuianda tibi sed sinum minoqꝫ demas

I P I Q

Sipharium sipho cipus cum stipite stipo

Vipera cum ripa sit liquor liqueris extra

Curta liquor quaris liqueo liquor atqꝫ liquoris

I R I S

I super r longant dissil polisillaba curtant

Vult pira siue viri pirus et resonans lira demi

Bisero Pirula pirata sit ti ia : piramus extra

Bisulcus Mato composita tysanam miser atqꝫ misertus

10

I L I V

Mitis Mitor clitella ditis litis quoqꝫ sitis
Vita Psitacus et titan titillo glitis et itur
Ritus Italus et phiton pitisma fit m vel r u pro
Compositum bis tres brevias biviū trivium nix nivis
Bodogosmo O B excipe O C
c Onsona duplex: obes verbum soboles et obesus
Globus Ocia iocundus procerus pocula vocis
Probus Phocaqꝫ vocalis cochitus et ocior addis
O D
Modus O d producunt dissil polisillaba curtant
Hodie Deme nodus vel odor modo proderit est tibi longa
O F O G
Profugio dempta vel profero profuit ofa
Deme rogo toga seu logicusqꝫ logusqꝫ rogusqꝫ
O L
Molior et moles sol solis dolia proles
Solor bolerus olim coliphia solus
Polipus et stola prolixus coloqꝫ colas
Nolo sollemnis sollers bis l geminabis
O M
Demis homo stomachum vel omasum sitiē comare
Et comedo dominus domus et glomerare vomoqꝫ
Et glomos atqꝫ gomor comes atqꝫ domo vel omitto
O N O P
Opilio vitis propagoqꝫ sopio topos
Populos ens arbor popisma qꝫ iungito dictis
Opportunus et oppetior tibi p duplicabunt
Copia Cum c preit longa scopulus cophinus copos extra
O R
Gloria Oro cum coram torax flans corus et oris
Lorum Corallus quorum mos moris morus et horum
Roris Boricus ac hora noram forex preit l r
O S O T O V
Prosa placet rosa dic posui dosis atqꝫ proseuca
Quottidie cotis notum vel potoqꝫ dotis
Cloto Votum cum tota si presit consona bina
Tolle proterius idem protos atqꝫ protos brevia bis
Provenit video provincia providus ovum
Cudrumfgunst V B
e St pubes puber rubigo suber et vber
Bubo Est tuber si b preit aut n pro nuba curta
Nubes Innuba connubiaqꝫ bubulcus longoqꝫ nubo

V L V B

Luculus N c vel d breuia atqꝫ lucerna ducenta :
Nucis Et pudet atqꝫ sudes rudis et studet atqꝫ rudentes
Crucis Et cudo rudo pones vt metra requirunt

V G V L Pugil

Fugio
Gulio Sed tuguri p vel f fruges et iugera iugis
Mulus Uligo g vel m aut f producere debes
Fuligo Excipitur fulica mulier gula iungitur illis

V M Numerus

Tumul⁹ Hinc humus atqꝫ humilis humeris sum⁹ ꝛ c vel n t
Cumul⁹ Numen producas humanū strumaqꝫ iungas

V N V P

Rupis U super n longa cuneum tunicāqꝫ retractam
Pupis Cupa vel stupa sunt iupiter vpupa longa
Nuper Si preit n p vel r pupillum sed variabis

V R V S

Sed furit excipias muriam murus atqꝫ curules
Longa fit v super s sed deme susurro pusillum

V T V V

Tutis U t producunt dissil polisillaba curtant
Utor Demis vti cutis atqꝫ frutex vter vtra lutumqꝫ
Et putris atꝫ puto dic mutuus vtilis vtor
Pluuia Futile mutuo futio glutio, puteo longo
Fluuius U super n produc dissil dant cetera curta vua
Gau De medijs sillabis A B A L
Uenabulū d Um presit vlū būdus bilis est tibi longū Amabilis
Audacis Demis opaca cloaca vel obliq̊s ꝛ vlumqꝫ Pugna culum

A B G A L

Cica dam longas : pelagus abdenago curtes
Alis dans longam terna velut esto totalis

A M A N

Amamen Que faciunt amen producis et timeama .
Titanis Produc vulcanus vel aranea sicqꝫ balanus
Roman⁹ Produc obliquos et deriuata loci gen
Inanis Hinc libanum produc vocalis si preit aut m Montanus

A P A R

Deme priape sinapis . et hinc ceduaraqꝫ tolles
Scolaris Produc queqꝫ vides deriuari manifeste
Calcaris Obliquos produc iubaris cum cesaris educ
Bisparis Compositum signes aspar nectar quoqꝫ bostar

A S A T

Agaso Produc parnasum deriuatum vel omasum
Achates Nomen in as atis produc et quod fit in ates

Et produc voces quas deriuabis aperte   Auratus

Bedecelmentu
E B   E B

e   Leberus eſebon erebus celebus therebintus
Andromeda   Eſſeda melchiſedech apes pedis aut facis in os

E G L M N

Sed triſtega cethegus. et angelus abimelechq;
Sed vehemens heremus alemonia getzeminiq;
Ac helenus helene iuuenes ebenus a ſenetq;

E P   E R

Omenis   Produc preſepe: proprijs eruſq; ſtatera
Sincerus   Rum rus deriuata: ſit auſteruſq; galerus
Miſteriū   Cerberus eſto breuis ſunt longa megera chimera
Infera cum ſuperis iterum breuies vterumq;
Cum potero pateris et cratera patera dicis
Dicis iberum panthera placet mulierum

E S   E T

Poeſis   Sancta matheſis: et hic temetū breuies ametiſtus
Pietas   Excipias illa que declinat tibi terna
Perpes   Obliquos breuies agnetis dicere debes
Interpres   Produc magnete locuplete quiete lebete
Qui

I C excipe

ſ   Ic vmbilicus formica pudicus apricus
Et cum lorica lectica merica cochitus
Heinric⁹   Iungas mendicus proprijs icus vel amicus
Poſtica   Et vrtica ſimul et que poſt format et ante
Felix   Longa fit icis abix: ſi mas ſit tunc breuis bis
Calix   Ex breuiat tibi lodicis bombex dabit icis
Iudex   Veſicam produc foenix maſtix dabit icis

I D excipe

Formido   Dic deſiderium deſidero verba ſed in ido
Atrides   Ut coronides triſſillaba ponis in ides
Perfidus infidus fidoq; fideſq; probabunt
Dauidis vt tua metra volunt produc ſed abidus
Negligo

I G

Auriga   Longant iga vel igo: breuiant ſed et hic aliquando
Caligo   Que ſunt compoſita: tibi ſit caliga ſocianda

I L

Monile   I ſuper l breuies ſolum tamen excipe neutrum
Cum facies ile que ſunt a nomine iunge
Sicut quintilis breuis eſt humilis vtiliſq;
Bapſilis peſtilis nubilis aſſociabitur iſtis
Exilis longa ſubtilis aprilis aſilum

I M

Produc ſublimiſq; pauimentū vel opim⁹: magnanimuſq;

Audimẽ Compositumq; notes de quarta ducis in iniien

I N

Produc catinum simul et festino ciminum
Quirinus Et deriuatum nec non propriumq; salinum
Martin⁹ Pinoq; propino supina lupina caminus
Crastinus esto breuis simul heccine nundine iunge
Protinus his acinumq; perhendino iungimus: et que
Oleastin⁹ Ex oleo bisso clam formas seroq; fagus
Bissinus Et que iacinctus bombex dabit aut ametistus
Clãdestin⁹ Ante na longa fit i vult femina pagina demi
Machina cum trutina sic sarcina fustina iungis
Buccina cum mutina proserpina lamina iungis
Sic elemosina fit ac illis patina iungis
delphinis Obliquos ex in produc: alios breuiabis
Et que das ab eis velut ordino virgineusq;

I P Q R S

Obstipo retrahes et constipo sociabis
Cum siliquis reliquis et compositiua notabis
Produc sephirum lapidem delire bapirus
Paralisis Longo butirum: paradisus longo gauisus
Collisio Precedente para breuiabitur lesio longa
Leuita I T Meremita
In ta loci propria proprio vel nomine sumpta Auritus
maritus Producas itus a nomine seruitus inde
Auditus Sed penitus demas: sed produc nomen in itus
Tersis A quarte verbo: sic produc in tis et in tes Sunamitis
Strepitũ Tercia preteriens in vi dat itum breuiando Cupitum
Preteriens aliter itum producere debes
Bibo Curtat itum pario vel disco parcoq; posco
Fugio Que gio dat vel bo que prima dat atq; secũda Exibeo
Domo Cũq; supina dabunt itum longum simul ito Petito
Dormito De se dum formãt: sed cognit⁹ agnitus esto
Oblitus Deponens itus longat tuor excipiatur
Quiritis Itis in is longat nomen sed in es breuiabit
Produc lechitus cochitus et ermofroditus
Sic aconita locas. niniue tamen est breuianda
Nost O B C D M excipe
o Emitur ambobus october siue duobus
Ferocis Ante c fit breuis o tamen obliqui retrahant
Pedagog⁹ Produc herodis custodis: et o g p̄teritq;
Sinagoga O super n neutrum producas sicut amomũ

O N

Sardonis atq; diaconus et turonis britonisq;

12

Et calcedonis ac redonis seu sindonis addis
Ligonis ac mamona sic obliquos propriorum
Simonis Que loca designant: vel in on propriū tamen inde
macedōis Excipias calidonis sic babilonis vtrūqꝫ
Armonicus canonis cū demone sindonis vt vis

O P

Asopum produc europam siue piropum
Vt placet est conopus conopeum qđ tibi format

O R

Derivata palam produc patet ecce canorus
Pretoris Nominis obliquus quod in or fit iunge: sed arbor
Lepos Et memor et rethor castor marmor vel equorqꝫ
Jecur Acquedam ꝑpa breuiant produco pelorum
Corpus Mas facitos oris que dant ur et us breuiabis
Dumugrunticus V B V L
a Ante b fit breuis v sed demitur inde saluber
Vestuco V c protrahitur quociens a vel vm subit aut us
Caducū Cetera corripies sed duco compositiua
Eunuch⁹ Produc manduco fiducia iungito pollux

V B V G V M

Sed pecudis curta cum coniuge sanguisugamqꝫ
Torcular Produc gerulus et adulor nomina terne
Sabulon et sotular specular cum hercule curtant
Obliquos breuias vt presulis et nebulonis
Contuqꝫ max aut incolumus simul autumo curtant

V R

Luxurio Centurio curta lemures et in rio verba
Murmur Purpura mercurius obliquos excipe tellus

V T V V

Arbutus est curta sunt compositiua notanda
Disputo cum reputo breuis est: sic v super v stat
A De vltimis sillabis A producta excipe
c Vm quarto rectus et quintus in a breuiatur
Enea Ex as quintus in a longant placet vt tibi ginta
Vtputa corripias ita vel quia postea iunges
E E correpta excipe
E grecum prima declinans quintaqꝫ longat
Enchise A quinta veniens: vt quottidie: vocat ex es
Pulcre Nomen longa dabit aduerbia si tamen apte
Comparat: hinc deme sed bene vel male longo fameqꝫ
Me te se simul e de pre fermeqꝫ fereqꝫ
Que nomen longaqꝫ doce persona secunda
Cum ne sit an breuia sed pro nō ⁊ neqꝫ longa

Vel ve facit curtam dat interiectio longam
I I producta
Tibri Sed mihi siue tibi sibi vel quasi greca notabis
Inibi Ponis vbi vel ibi placet vt cum compositiuis
O O ad placitum
Bo Ut placet o: produc sextum monosillaba ternum
Flo Beꝗ gerundiuis tua consule metra locandis
C C producta
Hic ponas vt vis nec lac donec breuiabis
L N L correpta N producta
Nil sol longa facis reperis quosdam breuiare
Forsitan et forsan an et in dein est tamen exin
Flamen Nomen in n breuia cum excrescentia curta
An greci quartus breuis est sed in on variatus
R T R T correpta
Cor ver vir par ter breuiant sed cetera longant
Que monosillaba sunt quedam tamen hec tibi curtant
Longum fit crater imber ether simul aer
Audijt aut dicunt diphthongus sincopa longant
As As producta
Pallas Curtat nomen in as grecum ponens genitiuum
In greco variat pluralem tercia quartum
Es Es producta excipe
Miles Nomen in es breuia cui sit crescentia curta
Sed res atꝗ ceres et spes sunt longa fidesꝗ
Aries Cum rectus dat ies produc quidam breuiabunt
Paries Es cum compositis breuies potes et penes addis
Greci plurale placet et quidam breuiant pes
Is Is correpta
Sextum cum terno simul et monosillaba longo
In rectis breuio quis et is bis eis sociando
Accentu longa verbi persona secunda
Plurali numero facit is longam preeunte
Audis auditis sunt signa velisꝗ velitis
Protrahit is rectus cum protrahit i genitiuus
Crescens vt sannis longumꝗ dabo tibi quãuis
Os Os producta excipe
Rectus mos greci placet ossis os compos et impos
Nomen in os grecum breuiabit in os genitiuum
Us Us correpta
Us curtant quartum primũ sed et excipe quintum
Salus U genitiuus habens longabis sed palus absit
Grecorum quedam longant monosillaba iungã Finis

L i

13

¶ Hec de quantitatibus sillabaꝝ in medium obtulimꝰ: atqꝫ ad carmen
nostrū ita aptare decebit. Placuit tamen spectatum vsum latinorum in
quibusdā magis tenuisse: q̄ grecorum exactissimā in hac re obseruantiā.

Quare et qui poete a nobilibus legi debeant

NOn sine causa Friderice dux inclite factum est vt greci romaniqꝫ
imperij auctores tanta opera poetis eorūqꝫ carminibus studue-
rint. Huiusqꝫ discipline scriptores summis honoribus ꝓsecuti
fuerint: equis tandem premijs poetas perinde ac victores decorauerint:
nisi sine ex hac disciplina reipublice consultum iri sensissent: atqꝫ ita admi-
nistrari posse vt lingue viribus eloquentieqꝫ partibus armorū insultus:
bellorum fulmina: hostes deniqꝫ exterminari possent. Quam rem diuinꝰ
ille vates nō indecoro quidem versu sed miro ingenio figurauit: At ait
velut in magno populo cū sepe coorta est: Sedicio: seuitqꝫ animis igno
bile vulgus Iamqꝫ faces et saxa volant furor arma ministrat Tū pietate
grauem ac meritis si forte virum quem: Cōspexere: silent arrectisqꝫ auri-
bus instant Ille regit dictis animos et pectora mulcet. Sūma profecto
res illa erat et pene diuina in admīstranda eoꝝ republica vt sapientie sum
mam eloquētiā qua vrbs et orbis regebat̄ ꝯiungere studuerint: hinc pub
lica illa comediaꝝ tragediarūqꝫ spectacula: Quibus sublimi persuasione
remotisqꝫ inuencionibus poete spectantiū animos ad virtutes inflāma-
bant et pubescētem iam indolem a vicijs deterrebant: vt quid patrie: qd
amicis: parētibꝰ: hospitibusqꝫ deberent: viuis exemplis acciperēt. Nec
inhonesta poematis illa allegoria est: qua Orpheus ille beluas Amphi-
on saxa: ille quidem demulsisse: alter cōmouisse et quocūqꝫ velle duxisse
effictū est: vt que vis eloquētie esset poete ostenderent: qua in manes ac
intractabiles animos in saxi modū duros īmutare et ad mansuetudinē
omniūqꝫ rerū pacientiā animare possunt. Recte igit̄ dux inclite persuasū
habes: qd in poetas nō paruo amore ferues. Liricos tragicosqꝫ p̄ter alios
miraris: Quibꝰ tanta sudat eloquētia: vt nullibi alioꝝ pace dixerim ma
ior suaniorqꝫ nascat̄ lingue eruditio. Nam et miro artificio insita quadā
carmīs dulcedine in laudes virtutū assurgunt. Iāqꝫ cadentes vicia efful
mināt. Pleniqꝫ iocūditatis et gracie sunt: et ad linguā expoliendā: inge
niūqꝫ excitandū vehemēter iuuare p̄nt Quare vt carminū tibi genera ela-
borauerimꝰ Placuit tibi eciā poematū varietatē a rebus scribēdis addu-
cere ⁊ demū pauca in artē composicōis perstringere.

Poema. Comicū quo ciuiles priuateqꝫ persone describunt̄ sensibilibusqꝫ
exemplis in theatris exprimunt̄ A comos aūt qui sunt pagi rusticorū de-
ducitur quo poemate Plautus et Therencius plurimum valuit.

Poema Tragicū qd ecōtra potentū regū ducūqꝫ facinora depingit A tra
gos aūt veribꝰ hircinis dicit̄ in quibꝰ vinū cantoribꝰ exhibebāt quo pluri
mū Seneca ⁊ Claudianꝰ claruit. ¶ Poema Elegiacū quo miserie ani
miqꝫ passiōes exprimunt̄. Ab eleos. i. miseria deducit̄ quo Ouidiꝰ pro-
pertius tibullus catullꝰ gallꝰ visus est ¶ Poema Satiricon quo turpes

inhonestiqꝫ defricantur a satiris nudis animalibus deductum est: scripse
runt Persius Iuuenalis et Oracius. ¶ Poema Buccolicū qđ pastoꝝ
verba litesqꝫ refert a bucculis deductū qđ bos sonat: quo multū valuit
Titus Calphurnius Virgilius Frāciscus etiā cultas eglogas reliquit.
Poema Heroicū in quib⁹ fortiū viroꝝ gesta narrant͂ Ab hera iunone di=
ctum volūt: eo ꝙ summe emulā iunonem habuerint quo genere Virgi=
lius noster longe alios excelluit. ¶ Poema Georgicū quo terre fecūdi=
tas cultusqꝫ agroꝝ iumentorūqꝫ scribit͂: a ge terra et orgis labor deducit͂.
nullus pter Virgiliū hoc celebrauit. ¶ Poema Naturale qđ rerū na=
turas causasqꝫ canit siderūqꝫ cursus exprimit: quale astronomicon Ma=
nilij geniticto Lucrecij cari. ¶ Poema Epitalamiū quo carmina nu=
bentiū in laudes sponsi et sponse dicunt͂: qđ Ausonius in centone ⁊ Sta
cius siluaꝝ nō neglexit. ¶ Poema Liricū quo lusus virginū puerorūqꝫ
regioꝝ ꝯuiuia decantant͂: a lira nomen trahit quia in ꝯuiuijs ad citharā
et liraz referunt͂. Qđ Valerius marcialis Cesius bassus ⁊ Oraci⁹ quo cū
nullus ꝯtendit scripserūt Prudentius etiā in ymnis nō neglexit ¶ Po
ema Seculare ymnus est secularis de centesimo in centesimū annū decan
tatus continens laudes deorū ⁊ hoīm benemerentiū. Quale illud oracij
Phebe siluaꝝ potensqꝫ diana. ¶ Poema Epigrāmatū titul⁹ rerum est
felle ⁊ sale mixtus: a culeo verborūqꝫ comitate gaudens vrbanā quandā
prese ferens laudem Quo genere ausonius et marcus marcialis vsus est.
Prosper etiā Augustino epigrāmata scripsit Ab epi supra et grā ma litte=
ra tractū nomen habet. ¶ Poema Epitaphium tituli mortuorū sunt
qui vitam mores et etatem defuncti exprimūt qui passim a poetis traditi
sunt Cui ab epi et tapho sepelio nominis origo est.

De preceptis artis in generali.

Omnis ars humana triplici via acquiritur Arte. vsu et imitati
one. Imitacōe quidē cū optima quisqꝫ sibi asciscere atqꝫ eligere
ꝓposuerit. ¶ Primū preceptū. Erit itaqꝫ primū hui⁹ artis
preceptū: videre libros ab optimis ꝓbatissimisqꝫ latine autorib⁹ scriptos
Ab imperitis aūt ⁊ negligenter scriptis caueamus quasi a calamitate atqꝫ
labe ingenij. Inquinata eñ ineptaqꝫ scriptoris lectio vicia suo lectori af=
figit et mentem simili coinquinat tabe. Est quidē lectio velut pabulum
animi quo mens imbuitur atqꝫ nutritur Quāobrem vt hij qui stomachi
curam habent: ne quēuis cibum infundant cauent. Ita qui sinceritatez
animi conseruare voluerit nō quāuis lectionē illi admittat. Erit igit͂ no
bis pro hac re ꝯsequenda legendus Virgilius decus ac delicie litteraruꝫ
nostraꝝ Flaccus quoqꝫ noster p̄ alijs crebrius nobis voluendus est Oui
dius Iuuenalis: in tragedijs Seneca nequaꝙ̄ premittendi sunt Hij eñ
maxime verboꝝ copiam et sermonis ꝓpetatem administrāt Ceteri quoqꝫ
quos ꝓbata latina cōmendat auctoritas non fugiendi sunt. Nulla autē
nobis ex lectis ad hācrem ꝓsequendā ꝓueniet vtilitas nisi vsum nobis
frequēti ingenij exercitacōe parturiam⁹. ¶ Secundū preceptū. Erit

igitur secundũ Ut que nobis acri iudicio asciscimus exercitacõi accommo=
demus: atqꝫ ꝓbatoꝝ ingenijs nostra ꝯformemꝰ Parum eñ operis affer=
re precepta possunt: nisi iugi et ꝯtinua scribendi assiduacõe cõprobentur
¶ Terciũ preceptũ. Id aũt primo sciat carmina facturꝰ nõ posse faci=
le legittimos versus cudere nisi synonimoꝝ plenꝰ sit: vt alterã congruaꝫ
pro inepta altera dictione transferat: muret: trãsponat. ex imis anterioꝝ
ex primis nouissima constituens: quod bene Flaccus expressit. Et male
tornatos incudi reddite versus: et in versu faciendo Sepe caput scabe=
ret viuos ꝛ roderet vngues Sepe stilum vertat. Itaqꝫ curabis vt diligẽs
synonimorum inquisitor existas.

On omnia nobis hic prosequẽda sunt que ad poeticen spectãt:
cum tantũ de carmine ꝛ non re scribẽda precepta offerimꝰ In cõ
dendis tamẽ carmĩbus duo aduertẽda veniũt Carmẽ scꝫ et res.
Qđ bene Manilius vir quidem doctissimus in astronomico suo expssit.
Bina ait mihi positis lucent altaria flãmis Ad duo templa feror duplici
circũdatus estu Carmĩs ꝛ reꝝ certa cũ lege canentẽ Mũdus vt immenso
vatem circũstrepit orbe Quã eandẽ Flaccus sententiã repetẽs. Ingeniuꝫ
ait cui sit cui mens diuinior at os: Magna sonaturꝝ des nõis huiꝰ hono
rem Rem tñ recte quis exprimit qñ substantiuo ꝓpium adiectiuũ qđ gre=
ci epiteton vocãt attribuit. ¶ Quartũ ꝑceptũ. Itaqꝫ nobis obseruã
dum erit. vt nullũ substantiuũ in carmĩe locabimꝰ: quin illud per ꝓpuꝫ
epiteton exprimamꝰ: circũloquamur: effingamus. Sic eñ Uirgiliꝰ no=
ster viuũ quasi nobis carmen reliquit Sic Ouidius in preclaro opere res
expressit per vera et propria epiteta describens. Sic Oracius res effinxit:
Id eñ solũ est quo viuax ꝓpaqꝫ reddit̃ oõ: et res scripta sensibilibꝰ qua
si signis lectoris animũ afficit. Sic agricolã curuũ: sic valles vmbrosas
dicimus sic lucida sidera. Qñqꝫ a loco: qñqꝫ a gestis sumunt̃: itaqꝫ a cõ
ditionibꝰ indiuiduantibus effingenda sunt Id aũt quãtum potuimꝰ in
carminibꝰ nr̃is obseruauimꝰ doctissimos in hoc secuti: vt facilior essꝫ dux
inclite tibi huiꝰ precepti traditio. ¶ Quintũ ꝑceptũ. Uenustissimaqꝫ
erit carminis figura epiteton per interiectas oõnis partes a substantiuo
remouisse: vt si dicat̃ Maioresqꝫ cadunt altis de montibꝰ vmbre Pulcer
pre validis pugnabit tiro lacertis. Sed de hoc breuem aliqñ etiã tracta
tum collegimꝰ: quem de preceptis rethoris inscripsimꝰ. Eaqꝫ hic exequi
nõ nostri esset instituti. ¶ Sextum ꝑceptũ. Multũ laudis carmẽ ha=
bet: si oĩa clare expmat: non obscure: nõ tortuosis deriuatiuis noĩbus
apud poetas nõ consuetis nec malis latinitatibꝰ a modernis latine elo=
quẽtie corruptoribus barbaris nuꝑ fictis. Pedesqꝫ ita cohereãt et clausu
la clausule ita ꝯiuncta sit eoqꝫ ordine se excipiant vt ea ex se crescere ꝛ na=
sci videantur remotis trãslatiõibꝰ ineptis et a cõꝑatione alienis. Spreta
semꝑ barbaroꝝ crassa latinitate et spretis nouis vocabulis eoꝝ qui veluti
pestis in carmine et oõne nr̃a fugienda sunt. Sicut eñ corpa formosa di
cimus si partes que eminẽtiores putant̃ sunt a natura decenter atqꝫ apte

compoſite minime vero pulcrā appellamus niſi inter ſe mēbra a ſummo vſqꝫ ad imū cōſenciant. Ita carmen qđ graue atqꝫ expolitū laudatꝛ illud quidem. ſed nō oīno niſi recte ſcribendo orōnis dignitas et carmīs elegātia accedat. ¶ Septimū preceptū. Cōcinna finis ꝛ medij modulatio non ſit in nr̄is verſibus atqꝫ illa q̄ beſtij leonina ventrina caudataqꝫ vocant lōge a nobis ſint Arithmoꝝ quoqꝫ ſonoritates exigui putemus eſſe ponderis Si qđ ſecus in carminibꝰ artis cōtigerit non opinione eleganti orīs ſtili Veꝝ tenatioris memorie cauſa ꝙ ciciꝰ mēte reconderentꝛ factū eſt Pulcerrima tn̄ verſus dactili poſitio ē cū primis penultima ac medijs extrema correſpondēt Vt Peruia diuiſi patuerunt cerula ponti Sicca peregrinas ſtupuerūt marmora plantas. De vltimis quoqꝫ itidem. vt Bella peremathios pluſꝙ̄ ciuilia campos. In penthametro quoqꝫ id ſepe accidit fortior et giro curre poeta tuo. Sed nec hoc quidem ꝯtinuari debet ne ſonoritate cōtinua carmē vileſcat. ¶ Octauū preceptū. Cauēdūqꝫ erit nobis ne in carmīe noſtro dictio ſillaba ve ſepius iteretꝛ id em̄ ꝯfuſiōꝫ quandā parit: nauſeāqꝫ legenti parturit Vt nō recte apđ Oraciū noſtruꝫ Enniꝰ locutꝰ eſt Ferratas poſtes portas ferroqꝫ refregit. Et iteꝝ Ad mala patrata ſunt atra theatra parata Illud quoqꝫ culpandū eſt O fortunatam natā me ꝯſule romam. ¶ Nonum ꝑceptū Proinde vitabimus ne in carmine nr̄o dictioni ſemper ꝓpꝛium pedem demus ſed cōcinne ex vltimis verboꝝ ſillabis iuncturā pedū ꝯpingamꝰ Nō em̄ ſic recte quis carmen faciet Illū nobis ſaluū ſeruet. iupiter almus Ibi em̄ dictio queuis ꝓpꝛium pedem facit quanꝙ̄ debita ſillabaꝝ menſura ſeruata ſit Sꝫ melius tali ordine poſuerit Saluū illum nobis conſeruet iupiter almus

De his que accidunt carmini.

Carmen vt ſupra diffiniuimus eſt quod legittimū numerū pedū habet vt Hexametrū ſex Penthameꝝ quinqꝫ Tetrametrū quatuor Trimetrū tres Dimetrum duos pedes ꝯtineat neceſſe eſt. niſi de poſitiōe carmine ſincopetꝛ vel augeatur. Pro quo non pretereundum eſt. ꝙ carmini ſeptem accidāt. Genus ſcilicet ſpecies. compoſitio ceſura. magnitudo. figura et depoſitio. ¶ Genꝰ carminis appellamꝰ mutuam cōtrarioꝝ carminū iuncturam et veluti quandam inter ſe affinitatem Vt ſic choriambicū gliconico iungatꝛ vt in illo Feſtum nūc celebre. Dicolon erit: Vnde et monocola ſunt carmina que vnimēbria ſunt vel vniformia. vt Inuentor rutili: Monos em̄ vnū eſt et kolon mēbrū grece ſignificat Sic dicolon bimembre. Tricolon trimēbre. Tetracolon quatuor Penthacolon Hexacolon id eſt ad quot tot carminis ſpecies habet Hinc diſtrophon quod a ſecūdo Triſtrophon qđ a tercio Tetraſtrophon quod a quarto verſu carmen repetit: Alia autem pedum et carminum nomina a locis in quibus cani ꝯſueuerunt: ab inuētoribus A dijs et frequentatoribus nomina ſortita ſunt. ¶ Species carminis dicitur qualitas metri per quam ipſa species conſtituitur. vt Trochaicum Anapeſticum vt in figuris nobis viſum eſt. ¶ Cōpoſitio eſt ipa diſpoſitio

pedum per quam discernimus simplex an ne compositum sit. Simplex nāq3 est cū versus pedes omēs similes habet Ut Stat sua cuiq3 dies breue et irreparabile tempus. Compositum vero cum ex diuersis cōstat Ut Cornua velataꝝ obuertimus antenarū. Quo etiā3 illud in intersticijs et lineis figuraꝝ carminū notatu dignū est vt non semp idem pedes in carminibus notatis proueniant sed alternis quoq3 gaudent inter se transpositionib⁹: vt in heroyco et iambico satis spectari potest. ¶ Cesura est decora terminatio vocum in medio versuū notata: Hec quadrifariam diuiditur. Alia enī pentimemoris dicitur Semiquinaria quando post duos primos pedes vna sillaba inuenitur que dictionē terminet: vt Arma virumq3 ca. no troye qui primus aboris habet enī cum duobus dimidiū. Secunda heptimemoris est cum post tres pedes similiter sillaba inuenitur vt arma virumq3 cano tro: Tercia trochaica est cū post duos pedes trocheus partem oratiōis perficit Ut Nil nostri miserere mori me deniq3 cogis. Postrema id est buccolica cū post quatuor pedes sillaba superat partem dictionis claudens vt non omnes arbusta iuuant humilesq3 mirice. ¶ Magnitudo est producto sillabarum que natura corrupte sunt Ut Terrasq3 tractusq3 maris celumq3 profundum. In hoc etiam Uir humilis mesto deiectus lumine terram. Item Et dum sanguis inerat. Uocalis tamen natura breuis excepta a duabus consonantibus alterius dictionis quandoq3 longatur: vt in illo sedulij Adueniat regnum iamq3 scilicet illud. Cum vero s in capite sequentis dictionis alteri consonanti iuncta fuerit nequaq̄ potest vltimam dictionis prioris sillabam producere: que in breuem desierat vocalem Ut Uocibus altisonis diuina poemata psallunt. ¶ De liquescentia. Falso itaq3 pompeius diffinit s non posse liquescere nisi vbi ipsa antecedat. Ut Ponite spes sibi quisq3 suas: Quam tamen Uirgilius et in medio verbi alteri consonanti prepositam vbi comodum duxit: liquentium more transsilijt vt est: Hortatur inuescens nunc nunc insurgite remis: nisi fortasse per diphthongon scandere versum velis coniunctis vocalib⁹ v et e sic Horta: spon: tur: inue: spon cens nunc: Unde bene donatus cum de liquescentibus litteris loqueretur dixit specialiter de littera s: q̄ sue cuiusdam potestatis sit que in metro plerūq3 vim consonantis amittit. Item ibi Successus indignos noli sufferre moleste Scande Succeus dactilus est et ibi s liquescit. ¶ Depositionem vocamus vniuscuiusq3 metri desinentiam. Sunt autem deposiciones quatuor Dicimus enī Brachicatalecticum carmen cui vt perfectum sit deest integer pes quo greci vtuntur. Catalecticum cui tantummodo vna sillaba deest Oracius Mea renidet in domo lucanar. Est enī senarium iambicū vna sillaba minus Uel trimeter duos pedes pro vno. Acatalecticum dicitur qđ legittimo fine clauditur vt Titire tu patule. Hypercatalecticum cui vna sillaba superest vel due Ut Omne hominū genus in terris. ¶ Figura carminis cōsistit in fixione pedum hoc est: in quibus metris singula loca fixos habent pedes illa carmina sunt vni⁹ figure

vt in Asclepiadeo et saphico endecasillabo et similibus. Sed si loca diuersos pedes capiūt diuersaꝝ etiam figurarum carmen erit vt in heroico et iambico trochaico perspicuum est. Est igitur heroicus diuersarum figurarum quia diuersorum pedum capax est: spondeum enī et dactilum recipit qui inter se transpositi diuersas semper figuras efficiunt.

De cautelis versus Heroici.

Carmen heroicū quoqꝫ proceulematicum pedem accipit quē semp̱ in Dactalū resoluere oportebit vt Herent parietibꝰ scale postesqꝫ sub ipsos. Ibi enī: parie: dactilus eueniet cum i ꝓ duplici cōsonante legeris sic Non pretoris erat stultis dare tenuia reꝝ Sic Custodes sufferre valēt labat ariete crebro Capitqꝫ quoqꝫ in quinto pede spōdeū quē semp̱ in dactilū resoluere oportet ꝑ vocalis interposicōez vt Cara deū sobules magni Jouis incrementū. Increamētū leges et erit dactilus. Fit etiā vt versus heroicus vna sit sillaba amplior et hypmeter. itaqꝫ sequēs versus a vocali incipiat necesse est vt possit fieri collisio Quale illud Ecce furens animis aderat thirintius omneqꝫ Accessum lustrans. Seu cōsonās cū sua expellit̄ vocali. vt Aut dulcis musti vulcano decoquit humorem Aut folijs vndam Posuit Virgilius quoqꝫ anapestum vt Fluuiorum rex heridanus. sic Oracius Vehemens et liquidus ꝛc̄.

Que caueri debent in Pentametro

Pentametrū ad describēdas miserias sumit̄ atqꝫ ea de causa elegiacū nomē habꝫ qd̄ qr miserias exp̄mit languidiori gradu claudicat. Dactilicū aūt sex pedibꝰ festinat Sem ꝯqꝫ id genꝰ carmīs exametrū aū requirit Neqꝫ a quopiā solitarie ponere licet Hexameter enī p̱preit Sꝫ ille sequit̄. vt Dn̄i vestigia claudꝰ armiger: obliquās languidiore gradu. Obseruādū igit̄ erit in carmine elegiaco ne quid vnq̄ de sensu versus pentametri remaneat inexplicatū: qd̄ in sequēti exametro addatur. Sed vel vterqꝫ v̉sus ꝓpis sensibꝰ termīetur vel sibi prior hexameter: ac pētameter subsequēs ꝯserant̄ Inepte enī q̇s ita dixerit Plura tibi possē mō scribē frater amice Sꝫ iam reuera pectoris anxietas Denegat et ꝓhibet calamū ne sumere possim. ¶ Synsugiā penthametri ita inuenies. Pone primo duos spondeos aut duos dactilos vel alteꝝ cū alio et sillabam: et pergēs semp̱ offendes duos dactilos cū sillaba q̄ supsit et ita thetrameter versus erit: et duo semipedes relicti quintū pedē ꝯstituēt: altero post duos p̄mos relicto: altero post duos vltimos restante. Itaqꝫ caput exametri ex duobꝰ dactilis ꝯstans et exuberāti sillaba hoc est pētimemori heroica semper apta est ad pentametri finem et ediuerso.

De prima sillaba tercij pedis.

Vigore penthimemoris quinta sillaba in hexa: et pentha: versibus longari potest: et si breuis fuerit: sicqꝫ dactilus euenit et si tribracum faciant Si vero secundus pes cum dictione finitur aut prima tercij pedis sillaba non est dictionis vltima p̄cedentis: veꝝ media tūc nō erit ꝯsultū vigore huiꝰ breuē admittere. Vt si q̇s dicat: dā bn̄: dac: nobis: spon: pluuia:

16

nunq̄ poterit ꝯgrue subicere aliquod tale habens primā breuem Quare nec pulcre satis edidit carmē qui dicit: Diuicias nupcias ponēs cias pro iambo Sed bene dixit Ouidius In liquidum rediit ethera martis equis Ubi iambum ex finali verbi rediit sillaba et prima dictionis ethera collegit. Proinde honestū erit semp dissillabo penthametrum claudere.

De scansione pedumm.

Animaduertēdū in scāsiōe plerūqȝ vel collisionē vl' sinerisim fieri Sinerisis dicit̄ q̄ciensc̄ūqȝ due vocales in vnā sillabā cogunt̄ et hoc in diuersis dictionib⁹ Ut Hic tn̄ ille vrbem patauii sedesqȝ locauit. Uel m abicit̄ et due vocales synerisant̄. Ut Dii quib⁹ imperiū hoc steterat. Collisio autē fit cū sola vocalis abicit̄ si dictio precedēs vocali terminet̄ ꝛ sequens a vocali incipiet Ut Cartago Italiam. Hocqȝ frequēter ꝯtingit in deinde deinceps dehinc proinde deest. Consonans vero cū vocali abicit̄ si dictio p̄cedens desinat in m et sequens incipiat a vocali vt multū ille et terris iactatus. Non vnq̄ etiam dierisis fit vt apud Oracium Nūc mare nunc silue vbi trissillabum est Est em̄ pentimemoris heroica Item Ouidius. Hoc quoqȝ te saluo persoluenda mihi ꝛc̄.

Hec cauebis in carmine.

Uocalem post m nunq̄ ponas neqȝ vocem
Corripias nunq̄ diphthongon nec posituram
Non breuias longam nec longam corripe silbam
Prima pedis terni vult ad placitum tibi poni
Congrua sit clara simul et constructio prompta
Fac metrum sineqȝ sine tunc sine nunc sine quoqȝ

Finis artis.

¶ Conradus Celtis Protucius Fridianum Pighinucium Italum Ernesti Incliti Ducis Saxonie Archipresulis Parthenopolitani. Germanieqȝ primatis Oratorem ꝛc̄.

Poetam salutat

Fridiniane tibi mittit mea musa salutem
Utqȝ bonus valeas corporis optat opem
Letatur celsas te transsilijsse per alpes
Saxaqȝ montiuagis saltibus apta feris
Rhenus vbi gelidis effundit fontibus vndas
Danubiusqȝ rapax flumine saxa trahens
Letatur lacios te deseruisse colonos
Barbaram in hanc nostram conuolitasse plagam
Qua gelidus riget axe polus gemmiqȝ triones
Algent et boreas artophylaxqȝ premit
Quaqȝ videre licet sinuosis flexibus anguem
Cingentem obtortis frigida plaustra iugis
Estifer expassa tendens ibi brachia cancer
Feruet et ardenti tostus in orbe rubet

Felix hic sua sceptra tenet dux inclitus orbis
    Urbe sacra et veteri Parthenopola vocant
Fama est hanc Julium volitat dum victor in orbem
    Codisse et sacras instituisse domos
Belligere fecisse dee sacramenta minerue
    Ut victor fuerit virgine vota dare
Hinc iubet intactas claudi sacro ordine nymphas
    Et faciles precibus sollicitare deos
Dehinc petit hispanas victor certamine turmas
    Se super arma tulit ciuica bella mouens
Parthenopola vocant hinc vrbem quam modo presul
    Ernestus sacra cum probitate regit
Inclita progenies pater est cui sanguinis alti
    Ernestus senior dux decus imperij
Frater erat sed et alter opes qui Mogundinas
    Ecclesiamq; regens nobiliori gradu
Effera sed rabies iuueni florente iuuenta
    Presecuit vitam lachesis atra suam
Ah dolor ah pietas fatum clementia nulla est
    Ostensum terris mox sua fila secant
Felix O nimium felix generosa propago
    Saxonieq; ducis gloria visa potens
Erneste O quanto stares nunc ordine regni
    Atq; sub imperio gloria quanta tibi
Inuida fata negant et quos modo Jupiter annos
    Promisit tardum sidus adire negat:
Siste animos Erneste pater tua vota piorum
    Committe ethereis tu pius ipe deis
Uiuit em̄ clara Fridericus in indole crescens
    Uirtute atq; animis clarior ingenio
Uiuit et ingenti pollet cum laude per orbem
    Dux Joannes acer moribus ense valens
Uiuit et Albertus dux inclitus atq; animosus
    Germanus laudes ampliat ille tuas
Dij faciles modo ferte fidem stabilesq; sorores
    Alter vt hic presul secula longa ferat
Sit satis accubuisse toro tot tempora et annos
    Sit satis innumeras corpore tulisse plagas
Sitq; paroxismi satis exsuperasse tremores
    Et placeat grauibus iam meminisse malis
Nunc tempus vocat alta sequi vestigia patrum
    Remq; agere astriferas possit vt ire vias
Ut maria atq; astra alta stupent mirabitur omnis

17

Frigida ceruleo quem premit vrsa gelu
Impia mirificis componet secla triumphis
Federe pacato turgida colla premet
Fridiniane michi magna es tunc voce monendus
Ut vigil in gestis principis esse velis
Carmine dandus erit sunt et tibi carmina cure
Et tibi pierius stillat ab ore lepos
Musa sacri fontes nemora et tibi roscida cure
Hinc tua dicteis fontibus ora madent
Expergiscere et aude aliquid ꝙ secla loquantur
Et tua sub celo nomina clara volent
Saphica pestiferos prohibentia carmina morbos
Atq; elegos tristes dulcis in arce canis
Principis acta canes tollesq; ad sidera celi
Carmine meonio dux super astra volet
Viuet ineternum cum tu sua facta notabis
Viuet et eternus cum duce vatis honos
Te vocat a Lacijs vatem Dux inclitus oris
Atq; sones musas presul id ipse iubet
Sic doctus nostras intras Pighinutius oras
Musarum studijs concomitatus iter
Per scopulos per saxa iugum comitantur ouantes
Muse pierides: nec loca vasta timent
Teq; volunt nostras recinas vt carmine terras
Indocilem almanum et erudijsse velis
Ipse ego te tenui laudabo in arundine vatem
Digneris nostram dicere si patriam
Crassa mineruua mea est rudis atq; incompta lepore
Tu polies turpe hoc spero ꝙ ingenium.
Carmina mestiferos que plangunt mittito casus
Que cecinit modulans triste thalia tibi
Presulis vt genitrix nostris decesserit auris
Atq; sacer cecidit presul in vrbe Mogund
Viue vale et longos tibt dij dent Nestoris annos
Sisq; memor nostri Fridiniane valens:

¶ Fridianus pighinucius Conrado Celti S. P. D.

Torpentem desidemq; meam tua musa taliam
Suscitat et Pegasi tingere fonte iubet
Nam q̄uis scabra rigeat rubigine vultus
Et canat incomptum rustica arundo sibi
Ire coloratos mallet tot tractus ad indos
Flammi geros pheton hic vbi iunxit equos
Et scychicam potius rypheos scandere ad arcton

Qua tanais ponti frigidus intrat aquas
Quam tibi Pierides versu sua causa vocanti
Non responsuros conderet ipsa modos
Non labor est gelidos Rhetorum scandere colles
Norica nec mannis exuperare iuga
Per Libie deserta ferar per regna meduse
Et per Hircanas pestis amara feras
Ascendam Rodopen atqz altum fortis Olimpum
Si mihi Mennonides accomitentur iter
Inter Germanos gratum est habitare Batauos
Barbariem qui iam deseruere suam
Postq̄ Teutunici nostrum cecinere Maronem
Ceperunt docte et verba latina loqui
Incultos liquere senes moresqz feroces
Jam sunt a Lacio nomina danda magis
Te rogo si quid habes Cesar q̄ Julius istas
Lustrarit terras marte trahente virum
Ad Pyladem mittas cum sis mihi carus Orestes
Historiam vt videant lumina nostra nouam
Si Mogundinus superas nunc cerneret auras
Nec esset stigijs tam cito raptus aquis
Ernesto cum fratre canens antistite musis
Certaret faustus q̄ foret ille dies
Et pater Ernestus quanto munimine fultus
Hec duo si celi lumina in orbe micent
Carmen habere cupis pepulit quod corpore pestem
Carmen phebigene clarius arte valens
Et tristes elegos misero quos tempore fleui
Cum cecidit domini viuere digna parens
Quesiui atqz arche versa est mihi tota suppellex
Ut tibi tam fieret q̄ satis ipse velis
Sed nusq̄ inuenio forsan machaonius anguis
Subripuit tumidus quod medica arte iuuent.
Atqz elegos parce lacerarunt pollice duro
Ut taceam tetricus nec sua gesta canam
Non tua crede mihi pingui sunt facta mineruа
Carmina nec rudibus condita verba modis
Componis belle numeros et apolline multo
Et tibi pierides turba benigna fauent
Nunc Celtis Conrade vale valeatqz iubeto
Melrstet: quem pura simplicitate colo
Atqz vtinam celi cursus variosqz meatus
Edoceat chartis scribere vt astra queam.

18

¶ Saphicon Endecasillabon Fridiani Pighinucij pro peste ad sanctum Sebastianum.

O Sebastiane O Iouis alme miles
Non vides quantam populi ruinam
Det lues tota regione bachans.
More leene
Inficit matrum pueros in vlnis
Lacte vescentes simul et puellas
Tercia sed quos miseri parentes
Luce deplorent
Ipsa nam mater laceris capillis
Cogitur natos manibus sepulcro
Ferre cum desint homines iuuando
Condere busto
Robur heu prodest nihil nam iuuente
Quamuis hyrcanas superare tigres
Possit incursu iuuenis vegetus
Spargitur humi
Nec senectutem tremulam relinquit
Intrat effetus olidus per artus
Spiritus teter minime recusans
Ossa trementum
Occidunt sexus vtriusqꝫ turbe
Surgit in cunctos atropos seuera
Fila disrumpens hominum per vrbes
Aruaqꝫ et altum
Hos rapit cernens lupus insepultos
Hos forat piscis liquido natantes
Coruus hos rostro terit heu iacentes
Improbus ales
Te precor sancte et venerande miles
Pelle de nostris nebulas fetentes
Finibus: tabem profuga furentem
Mitteqꝫ ad vmbras
Afferas lucem miseris nitentem
Sol equos iungat facias salubres
Redeant nobis animi: virusqꝫ
Exeat omne
Tu potuisti populos cadentes
Lurido quondam releuare morbo
Peste cum magna laborauit omnis.
Itala tellus

Per feras ergo rogito sagittas
Que tuum pectus penetrare totum
Cum voluisti rigidam pro christo
Pendere penam
Libera nostros miseros parentes
Libera natos simul et nepotes
Libera vxores famulosq; fidos
Morte nephanda
Vosq; qui vestras animas amatis
Este mandati memores diuini
Criminum fascem celeres fugate et
Esto parati
Circuit christus scelerum cateruas
Quos videt culpis nimium grauatos
Percutit telo tribuente letum et
Trudit ad orcum

¶ Fridianus Pighinucius Martino Mellerstet Medico mathematice peritissimo Salutem plurimam dicit.

Me tua calliope volucris peruenit ad egrum
Jussit et vt saluus terq; quaterq; forem
Namq; ego pro tanto videor tibi munere vinctus
Desperem vt grates reddere posse pares
Dum me pallentes quaciebant frigore morbi
Et nimium feruens hemitriteos erat
Extimui subito nigris ne mitterer vmbris
Rumperet et lachesis ferrea fila manu
Sed mea me nondum superis stata vata vocabant
Cedere nec terris Jupiter annuerat
Non me collectis iuuit polidarius herbis
Nec tristis succus saga ve carminibus
Sed deus ipse meo pepulit de corpore febrim
Qui solitus presens vatibus esse suis
Lusimus hec tecum tenui Martine camena
Tu veniam in comptis versibus ipse dabis
Conradum Celtis iubeo Martine saluta
Dum cauit italicis argolicisq; modis

¶ Nō potui me ꝯtinē Fridiane vates doctissime qn̄ egritudie tua subla ta gauderē: incultoq; tibi carmīe ꝯgratularer Martinus Mellerstet vbi vespe carmīa tua recepit; altera luce ex vrbe festin⁹ ad ducē Fridericū p fectus respōdē nō potuit Malui ego ad te dare lr̄as ignorātie mee testes q̄ tue salutacōi nō ḡtificari Tuū erit rubiginē carmīs expurgare. Vale.

Conradus Celtis Protucius Fridiano Pighinucio Ab hemitriteos conualescenti S. P. D.

19

Paruum iter et placidum celeres reparate camene
Adq3 pighinucium rustica verba date
Qui vestras resonare liras qui fila canora
Pollice diuino plectra mouere potest
Iamq3 sedens tacitus excise rupis in arce
Belitet et varias spectat ab arce plagas
Illi vos primum longas optate salutes
Corpore q valido iam releuatus erat
Squamiger obducta ceu serpens abijcit ora
Pube noua placidus corpore versus ouans
Intremuit tibi tacta cutis trepidante calore
Et frigus obstiterit membra dolore mouens
Quale ferus gelido boreas cum ventilat antro
Turbine populeas quassat ad astra comas
Huc illuc validis iactatur fluctibus arbor
Et prope casura stipite mota crepit
Ah timui stigias traherent te fata sub vmbras
Iam flegetonteis precipitādus aquis
Squalidus ethneas pulsat vbi portitor vndas
Et tremulo populos cortice in alta vehit
Ah radamantinos timui ne cernere vultus
Contigerit: refugis pelopis actus aquis
Eumenides vbi triste sonant truculenta tyranni.
Atria mestificant dite vocante tuba
Cerberei flatus ardenti vbi sulphure fumant
Fatalesq3 dee tempora mesta rotant
Nox ibi cecanti semper depicta colore est
Et sua luctiferis cursibus astra meant
Ah timui ne te omniuorans vel terra dehiscat
Altera pars anime dimidiumq3 mee
Sed deus et pia fata vetant. superisq3 daturum
Carmina plura volunt et super esse iubent
Ergo age iam date thura focis et carmina grata
Fundemus superis gratificando deis
Macte bonis inter lacios placidissime vates
Iam Fridiane sacras accumilando preces
Viue vale eterno ducant tua pensa sorores
Et tua tithonio stamine fila trahant
Viuat et innumeros tecum victurus ad annos
Iuo bonus patrio iunctus amore mihi

Ad lectorem

Cum nostrum gelidum contingit condere busto
Corpus: et ad stigias spiritus ibit aquas

Nostra hec scripta volent et nomina clara supersint
Ante per almanos cognita forte viros;
Conradus Celtis superas tunc reppetat auras
Munere pro tanto lector amice roga
Gratum opus est superis celesti merce piandum
Pro fratribus christi fundere ad astra preces
Ne tamen inferuas tristis rapiaris ad vmbras
Carmine pulsanti virgo parabit opem
Virgo sub etherijs semper veneranda puellis
Que pia sperantes in te non deseris vnq̃
Cum venit illa dies que non nisi corporis huius
Jus habet. et tepidos mors pestilis occupat artus
Ericio succurre meo compesce furentem
Comprime ferales torui predonis habenas
Flectere iter doceas tenuis vbi semita monstrat
Jre per angustam regna ad celestia portam
Dum mihi vita manet dum spiritus hos regit artus
Semper honos nomenqꝫ tuum laudesqꝫ manebunt
¶ Conradi Celtis Protucij Ode ad Apollinem repertorem poetices: vt ab Jtalis cum lira ad Germanos veniat.
Phebe qui blande cithare repertor
Linque delectos Eliconqꝫ Pindum
Et veni nostris vocitatus oris
Carmine grato
Cernis vt lete properent camene
Et canant dulces gelido sub axe
Tu veni in cultam fidibus canoris
Visere terram
Barbarus quem olim genuit vel acer
Vel parens hirtus: lacij leporis
Nescius: nunc sit duce te docendus
Pangere carmen
Quod ferunt dulcem cecinisse Orpheum
Quem fere atroces agilesqꝫ cerui
Arboresqꝫ alte celeres secute
Plectra mouentem
Tu celer vastas equoris per vndas
Letus a grecis lacium videre
Jnuehens musas voluisti gratas
Pandere et artes
Sic velis nostras rogitamus horas
Jtalas ceu quondam aditare terras
Barbarus sermo fugiatqꝫ vt atrum
Subruat omne

DActilus habet tres syllabas: prima longam.
et duas breves. ut carmina. tempora.

Spondeus habet duas syllabas longas. ut tellus. carmi.

Trocheus constat ex duabus syllabis. prima longa. et
ultima brevi. ut dicit. cenat. Et ponitur in ultima sede
carminis exametri. et alibi esse non potest.

Iambus constat ex duabus syllabis. prima brevi. et ultima
longa. ut divicias: dies. Et ponitur in tercia sede.

In carmine exametro quod ex sex pedibus constat. utimur
dactilo et spondeo in primis quatuor sedibus indifferenter.
In quinta sede semper locatur dactilus. ultima etiam
spondeus et trocheus. quoniam ultima syllaba communis
Ex primo eneid. est. ut sunt hic etiam sua proemia laudi. En priamus

In carmine penthametro quod et quinque pedibus constat.
Utimur etiam dactilo et spondeo primis duabus sedibus
indifferenter. Inde remanet una syllaba longa aut brevis.
postquam sequuntur duo dactili necessario. Inde remanet
in fine alia syllaba. quae cum sit est communis. Et iuncta cum
media facit sponden aut iambu. ut assiduus iactet nec
babilonia labor.

21

De literis: vocalibus/ consonantibus/ mutis/ et semivocalibus/ sufficienter dictum est in regulis.

Liquide sunt quatuor. scilicet l. m. r. n. Quando post vocalem due sequuntur consonantes in eadem dictione. quarum altera est muta. altera liquida. si precedens syllaba est naturaliter brevis fit communis. ut tenebre/ cathedra/ media correpta/ et cathedra media producta. et sic de talibus. si aut syllaba est naturaliter longa/ non potest propter mutam et liquidam breviari. ut aratru media producta.

Stipitibus duris agitur

Dipthongi sunt quinque/ ae. oe/ au/ eu/ et ei. quae semper sunt longe/ nisi interdum sequente vocali/ tunc enim breviantur. ut apud virgilium (7o eneid)/ sudibusve praeustis. Ei diphtongus greca nonnunquam a latinis greco more describitur pro i longa. ut a virgilio in polione dum ait. Orphei calio formosus apollo. Idem in primo eneidos/ Iam validam ilionei navem. iam fortis achatis. Ita strabo est auctor in saturnalibus.

Aut apud v. primo ene.

em in eodem unius ob noxam et furias aiacis oilei.

E. pre. de. se. in compositione producuntur ut educo/ predico/ detraho/ secubo/ seduco. nisi sequenti vocali ut deillo/ preillo. corripiuntur.

Preterita dyssyllaba que descendunt a verbis habentibus prima brevem: habent prima longam. Nisi sequerent due vocales: ut xvi fallit in bibi: dedi: cedi: steti: tuli: scidi.

Supina dyssyllaba producunt prima syllabam: preter scitum: quitu: citum: lautu: datum: statu: rutum rotu: et ratum et notum habens in compositione ut agnitu cognitum.

de prima sillaba

Prima syllaba cognoscitur pluribus modis: positione: quando post vocalem due sequuntur consonantes in eadem dictione ut arma. vel in diversis dictionibus: ubi tu ad minus una ponitur cum vocali precedentis dictionis. ut Italia fato profugus lauinaq; venit. talis vocalis producitur. Cognoscitur ex compositione: ut perlego: peramo: compono. Cognoscitur derivatione ut a luceo lucidus: luciditas: ab amo: quod habet prima brevem: amator: amabilis: amor. et sic de similibus.

Vocalis ante vocalem cognoscitur ante alteram vocalem. ut poeta: pyetas: et sic de aliis: quorum prima syllaba est brevis. Ab hac regula excipiuntur fio et ora dissyllaba ab eo: ut fiat: fias.

Cui. dy. huic: habent una sillabam et illam producta. in carminibus interdum dividuntur.

Cognoscitur exemplo. & hec est optima regula: Cum enim de quantitate alicuius sillabe dubitatur. Ad poetas probatissimos recurrendu est & eoru auctoritate standu est: et hec regula valet ad oia.

Cognoscitur diphtongo: quia ois diphtongus est longa ut coena: foelix: gaudeo: augustus: caesar: eugenius. & sic de omnibus alijs exemplis. ceteris

Hec noia greca Aonia: aonides: Ioania: pierides. pierius: habent prima longam.

Quando sillaba desinit in vocale aut in m & sequens dictio incipit a vocali. Fit remocio: ut ille ego qui quondam. Et ira multu ille & terris iactatus & alto. Remouet enim vocalis sillabe precedentis: & sumitur vocalis que sequitur.

gracili modulatus avena

I. positum inter duas vocales habet vim duarum consonantium. ut troia: aiax. et sic de similibus. Quorum prima sillaba est longa positione.

X. & Z. habent vim duarum consonantium. & faciunt sillabam precedentem esse longam. ut dux. gaza.

De quantitate medie syllabe

Media sillaba cognoscitur positione. ut agrestis. Nam illud e est longum positione.

Cognoscitur vocali ante vocalem ut omnia. Nam illud i est breve.

Cognoscitur natura. Nam in aliquibus media sillaba quamvis non sequatur vocalis corripitur. ut musicus. legite. dicite. Et sic de singulis habentibus mediam sillabam naturaliter aut productam aut correptam. Natura enim ipsa est consuetudo loquendi latine et recte docet quantitatem medie sillabe.

Cognoscitur diphtongo. ut anapestus. Coenus. amoenus. Camoena et reliqua

Cognoscitur exemplo et hec est regula optima ut de prima etiam sillaba dictum est.

Sillaba ultima cognoscitur positione: ut diligunt. gaudent. et reliqua. similia De quantitate ultime

Cognoscitur diphtongo ut poete. muse. que.

A. In fine dictionis in nominativo et vocativo prime declinacionis et accusativus in a ut scamna. Et demum deinde in omnibus casibus corripitur. preter quam in ablativo nominum prime declinacionis tunc enim a producitur. ut ab hoc poeta.

Adverbia desinentia in a habent ultimam productam: Ut interea. frustra.

23

3

Ita: quia composita: habent ultima brevem.

singlri A Omes vocatiui nomi desinencia in as in recto habent ultima productam. ut anea: palla.

Noia numeralia habent ultima sillaba comune. Nam pot esse longa aut brevis. ut Triginta: quingenta: quadringenta.

verbo A A in imperatiuo producitur ut ama. interoga.

E in fine dictionis in aliquibus corripitur. in e & in aliquibus producitur.

Omes ablti nomi quinte declinacionis habent e longum in fine. ut spere: die. Et oia composita a die. ut hodie

singlri A pridie. Et omnia noia in e terminata in recto. ut gramatice. Rethorice. musice. penelope.

singlri A Omes uti nomi terminatorum in es in recto. ut achates. anchises. priamides. habent e in fine longu. ut anchise. achate. priamide.

Omes imperatiui secunde coniugacionis habent e longum in fine. ut doce. uide. Ride.

Fames habet e productam in ablto. ut fame.

Omes ablti nomi tercie declinacionis habent e correptum ut patre. fratre. Et noia eiusde declinacionis habencia e in

dno ut dne: henrice. habent e correptum ut dne.

In verbis semper e corripitur in fine dictionis. ut currere amare. legere.

Omnia adverbia in e terminata a nominibus descendentia habent ultimam longam. ut precipue docte. Excipiuntur bene. male. sepe: quae habent e correptum.

Me te se longe sunt sillabe.

Quae relativum semper producitur. Et quae coniunctivum semper corripitur.

In I

I in fine dictionis est longum. ut domini. Excipiuntur ut nomina terminata in is. ut colchis. lycaonis. tybris. priamis. Nam colchi lycaoni tybri habent ultimam brevem.

Michi. tibi. sibi. quasi. nisi. ubi[illegible]. Et composita ut sicubi. alicubi. alibi. habent ultimam syllabam ad placitum.

In O

O in fine dictionis in dativo nominum et ablativo secunde declinationis est longum. ut dno: nigro. lucio.

In verbis quae et nominibus est ad placitum ut amo: cupio: diligo: lego: nocteo: cupido. Et [illegible] ut legendo amando. Monosillaba habent o longum. ut sto. do. In gerundiis [illegible]

In V

V in fine dictionis semper producitur ut genu: cornu. gelu.

Omnes dictiones desinentes in b. aut in m aut in t. aut in d. habent ultima breve: nisi sit positio.

Omnes dictiones desinentes in c. habent ultima longam. ut dic: fac. duc. Excipiunt nec donec lac. quae corripiuntur. hic ponitur ad placitum . est indifferens.

L. In fine dictionis corripitur. ut hanibal. Sed mil et mel. Et nomina in ol desinentia ut sol. Et omnia nomina quae in gtio lram producunt. quae erat ultima in ntio. ut gabriel gabrielis producuntur.

Dictiones desinentes in ll. interdum habent ultima producta. Interdum correptam. hoc autem in gtio cognoscitur: In quo si lra que est ~~ultima~~ penultima in gtio producitur. Naturaliter est et in ntio producta ut delphin. delphinis. hamon hamonis. Si autem in gtio corripitur. in ntio est etiam correpta. ut Carmen carminis. et uertitur in l. breve.

Accusatiuus grecus in en ut priamiden habet ultima longam. In on habet ultima breuem ut dedalon: menelaon.

Noia terminata in on habent illud o longum ut laocoon demophoon.

Uictrices desinentes in R. habent ultima breue. ut semper. corniger. Pretera quaedam monasillaba quae habent sillaba longam. ut par et uer. Et composita a par ut dispar compar impar. cum

Ether: Crather: ymber: Aer: habent ultima longam.

Nomina et uerba desinentia in as habent ultima producta ut musas: amabas. fallit in nominibus grecis quae faciunt genitiuum in dis uel in dos quae corripiuntur. ut pelias. fallit in nominibus grecis quae pluralia sunt. quae ad placitum ponuntur. ut troas.

Nomina et uerba desinentia in es: habent ultima longam ut aries: species: doces. leges. potes. habes. Et nomina quae crescunt in genitiuo habent ultima breuem ut miles militis: paries parietis.

Tum es est et penes corripiuntur.

Nomina desinentia in is. habent ultima breuem ut uallis: nauis.

Omnes datiui et ablatiui in is terminati. ultimam producta habent. ut musis: dominis.

Verba desinentia in is quando illud quod erat ultimum in singulari producitur in plurali etiam in singulari producitur ut audis auditis media producta. nescis nescitis.
Quando corripitur in plurali in singulari etiam breviatur. ut legis legitis: curris curritis media correpta.

Nomina desinentia in os habent ultimam longam ut deos: thyrannos: dios: nigros.

Illa nomina quae habent in genitivo o correptum quod est ultimum in nominativo: corripiunt ultimam sillabam ut compos: compotis.

Omnes genitivi nominum desinentium in os habent ultimam brevem ut pallados: permessidos.

Nomina et verba terminata in us: habent ultimam brevem ut dominus: scribimus.

Monosillaba sunt longa: ut thus: sus: rus: mus.

Nomina habentia u in genitivo longum producunt ultimam in nominativo ut salus salutis: virtus virtutis. tellus telluris.

Nomina quarte declinacionis habent us longum nisi in nominativo singularis numeri.

26

Bissillabi pedes sunt quatuor:

Pyrrichius habet duas breves: ut deus

Spondeus longas habet duas: ut aestas.

Iambus habet duas sillabas: prima breve et ultima longa. ut dies

Trocheus sillabas habet duas: prima longa et ultima breve. ut corpus.

Trysillabi sunt octo.

Tribachus habet tres breves. ut aquila.

Molossus tres habet longas: ut aeneas

Anapestus duas habet breves: et una longa. ut pietas.

Dactilus prima habet longa: et duas breves. ut filius.

Amphibrachus prima habet breve: secundam longa: tertia breve. ut amator

Amphimacrus prima longa: secundam breve: tertia longa ut civitas.

Bacchius prima habet breve: et duas longas ut honestas.

Palimbacchius vel Antibacchius habent duas longas et ultima breve. ut natura

Quadrisyllabi sexdecim sunt.

27

roceleumaticus avicule
Dispondeus oratores
Diiambus Amenitas
Ditrocheus cundicator
Antispastus coronatus
Choriambus nexessitatis
onicus maior benedictos
onicus minor preconia
Peon primus amabilis
Peon secundus letitia
Peon tercius alienus
Peon quartus celeritas
Epitritus primus sacerdotes
Epitritus secundus conditores
Epitritus tercius hereditas
Epitritus quartus oratoris.

questa edizione riportasi dal Maittaire
all'anno 1487 cum Ejusdem gratiarum
actione ad Fridericum III. come ancora
edizione è Norimbergese, ma il Freytag.
Adpar. T. III. 717 dice che sono due
opuscoli distinti. Nell'Analecta parla
di altra edizione che credo più antica
pag. 231.